





CHRIS[illegible] Autor,
[illegible]rum,

Dum [illegible] eius esto
[illegible] liber!

1.

Notandum ex hoc libro

de Melanchtone pag -- 215
quod sit Sacramentarius
de Brentio quod iis etiam
in nonnullis faveret 220.

R
CO
NÆ
teni
præ
HIS
CO
Reli
ipso
v

C
SS.

MANUALE PRUTENICUM,

seu

REPETITIO CORPORIS DOCTRINÆ ECCLESIARUM PRUTENICARUM

Commentario explicata ; ac præmissâ DISSERTATIONE Prooemiali HISTORICO-CHRONOLOGICA, tùm de CORPORE ipso PRUTENICO; tùm de Statu Religionis, & Ecclesiæ in Ducatu Prutenico ab ipso statim primordio usq; ad jam inchoatum novum Seculum A. 1626. ex variis auctoribus, ARCHIV: RECESS: & M. S. JUBILÆI, CENTENARII loco adornata.

AUCTORE

COELESTINO MISLENTA,

SS. Theolog. Doct. ejusd. & Hebr. Lingv. P. P. Ordinario in Academ. Regiomont. nec non Consist. Sambiens. Assess.

(:)


REGIOMONTI,

Typis & Sumptibus Laurentii Segebadii,

ANNO 1626

1626

.M. A. G.





UNIVERSIS INCLYTI DUCATUS PRUTENICI ORDINIBUS,

Salutem, & pacem à DEO *Patre per Dominum N. I. Chr: devotè precor!*



Llustres, Magnifici, Generosi, Nobilißimi, Reverendi, Amplißimi ac *spectatißimi* omnium ordinum Viri, fautores magni. *Summum hominis bonum in solâ religione esse*, non minùs piè, quàm cordatè pronunciavit lactеus ille *Lactantius lib. 3. de Sapient.c.10.* Hæc enim sola est, quæ homines à brutis secernit;

hominum inter ſe ſocietatem cuſtodit; fideles ab infidelibus ſegregat, modum rectè credendi: piè ac ſanctè vivendi præſcribit: nos inſuper poſt hanc vitam ad beatitudinem æternam promovet. Cæterùm uti unus DEVS: ita una fides & religio, quæ nos propriè Deo ad obſequium, cultum & amorem religat: Ac proinde ſi Deo verum cultum præſtare; ſi ſalvificè credere; ſi piè ac ſanctè vivere; ſi in Domino obdormire, & beatitudinis æternæ participes evadere in votis habemus: non niſi unam religionem amplectamur, profiteamur, & ad extremum usq; halitum conſtanter retineamus oportet. Quæ autem ſit vera ac genuina religio: utiq; non ex mundanâ

ſapien-

ſapientiâ ; non ex humanæ rationis figmentis ; nec ex humanis traditionibus & placitis; ſed ex ſolo DEI verbo in ſcriptis *Prophetarum* & *Apoſtolorum* comprehenſo dignoſcendum divinitus cuilibet injungitur: adeò ut illa dogmata de fide & moribus veræ religionis nomine veniant, quæcunq; ad normam verbi DEI ſive ῥητῶς, hoc eſt, conceptis ac expreſſis verbis ; ſive διανοητικῶς. hoc eſt, ex mente Spiritus Sancti exigi, & per omnia revocari poſſunt: Sicuti ècontrà: omnia illa dogmata, quæ ad verbum DEI, tanquam ſuum principium, fundamentum & normam minimè quadrant ; non amplius veræ ſed falſæ religioni annumeranda erunt. Atq; hoc eſt κριτήριον διαγνωστι-

γνοστικὸν quod limites nostræ fidei & pietati ponit, quod nos erva & æra â lupinis, piper à muscerdâ, aurũ à scoriis sequestare docet; ne videlicet vel supinè negligentes infra hemisphærium articulorum fidei subsidamus, sicque truncatim non omnes; sed quosdam solummodò fidei articulos ad salutem scitu necessarios credamus: Quæ quidem ἔλλειψις fidei, fidem omnem irritam reddit, non minùs ac detracta ab annulo circumferentiæ aut à catenâ una atq; altera juncturæ particula annulum mutilum ac inutilem efficit, ut & catenam rumpit: aut verò supra, præter, & extra id quod scriptum est sapere præsumentes, divinam incurrere necessum habeamus reprehensionem: *Quis*

hæc

hæc requisivit à manibus vestris? & alibi: *Frustrà me colunt mandatis hominum!* Sic alio in loco: *Ne adjicito ad verba Domini, ut non corripiat te, & efficiaris mendax.* Observato isto fidei ac religionis sinceræ principio ac fundamento, quivis sine ullo negotio judicium ferre poterit tùm de antiquis; tùm de recentioribus falsæ religionis dogmatibus: ac imprimis de hodiernis Ecclesiam nostram quatientibus Hæresibus *Pontificiorum, Calvinianorum, Photinianorum* ac *Fanaticorum*. Nullæ harum nituntur verbo DEI ceu genuino fundamanto; sed uti ab eodem procul vagantur, ita super alio fundamento superstructæ sunt: Id verò non aliud erit nisi humanum: ac ex parte *Pontifi-*

Prov. 30, 6.

ciorum quidem traditiones humanæ præſertim de *Miſſa, purgatorio*, de *Sanctorum Invocatione*, de *cœlibatu Sacerdotum*, de *Communione ſub una ſpecie*; de *Poteſtate Pontificis Romani*; de *ſeptem Sacramentis*, de *ciborum delectu &c.* Id quod haud inviti fatentur ipſimet *Pontificii.* Vnde nos concludimus: *ejus*modi dogmata non poſſe veræ ac ſinceræ religioni accenſeri: Hæc namq; ſuperſtructa eſt ſuper fundamentum non humanarum traditionum, Eccleſiæ ac Conciliorum; ſed ſuper fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum Eph. 2. v. 20. nec non ſuper ipſum Chriſtum 1. Cor. 3. *verſ.* 11. *e*juſq; vocem *Matt.* 3. *v.* 17. *c.* 17. *v.* 5. *Luc.* 9. *v.* 35. Quam in ſententiam Cyprian.

prian. *lib.* 2 *Epist.* 3. *Si solus*, inquit, *Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putaris; sed quid prior Christus, qui ante omnes est fecerit* (ac præceperit) *neq; enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed* DEI (verbum &) *veritatem*. Ex parte *Calvinianorum* verò humanæ rationis figmenta; Illis namq; nil creditur, nisi quod rationi insuper corruptæ consentaneum & congruum videatur. Hinc ergo dogmata *Calvinistica* pullulant 1. de *absoluto*, eoq; *horribili* decreto circa hominum *Electionem*, & *reprobationem*: videlicet ex illo corrupto principio humanæ rationis: *nil ejus quod fit in tempore caussam illius existere posse quod sit ab æterno*; adeoq;

 nec

nec Deum rationem fidei circa Electionis; nec incredulitatis circa Reprobationis decretum habere potuisse. 2. de *Nestoria-nâ* Vnionis Hypostaticæ separatione duarum in Christo Naturarum: cum *finitum non sit capax Infiniti*, ex effato Aristot. malè intellecto. 3. de negatione *passionis* Filii Dei *reali* in carne, ut & *omnipotentiæ, omniscientiæ*, ac *omnipræsentiæ* ipsius λόγου *communionis* cum sua Carne, *quia propria nequeant communicari realiter*: sed *verbaliter*, & *titulo tenùs*. 4. de negatione Christi *præsentiæ* secundum carnem apud omnes creaturas, insuper in ipso Exaltationis Statu: quia *Corpus trina dimensione præditum non possit esse simul & semel in pluribus, vel omnibus locis*:

cis: 4. de participatione *Sacra-*
mentali orali corporis, & san-
guinis Christi in Cœna, quia
inter Corpus Christi, & os huma-
num nulla sit proportio: & quia
Corpus, & sanguis Christi ceu
veri hominis necessario videatur
palpetur, gustetur, si præsens sit
in Eucharistiâ. 5. de negatione
Efficaciæ Verbi, & participa
tionis *corporis*, & *sanguinis* Chri
sti ex parte *Indignorum*, & re-
proborum: *quia Deus, & Na-*
tura nil faciant frustrà. 6. de
Sanctitate liberorum ex piis pa
rentibus progenitorum spiri
tuali: quia *hi nascantur hæredes*:
utiq; non tantùm temporalium,
verùm etiam spiritualium bo-
norum: 7. de *negatione Effica-*
ciæ Baptismi, adeoq; productio-
nis Fidei in infantibus: quia *hi*

desti-

deſtituantur uſu rationis: & quia inter rem Elementarem Externam, & Effectus ſupernaturales *nulla ſit proportio*. Talia nimirum ſunt fundamenta religionis Calvinianæ: in quæ etiam ceu ultimum principium fides & religio illorum reſolvitur: nempè nil eſſe credendum quod non ratio humana uti verum judicet, ita credendum æſtimet. Id quod inſuper de Photinianorum dogmatibus habendum. Vnde nos concludimus: *Calviniana & Photiniana* religionis dogmata veræ religionis nomine neutiquam venire poſſe. Hæc quippe ſpreto ac neglecto humanæ rationis ceu corruptæ, judicio, unicè recumbit in fundamentum ſuum *Magiſteriale* ipſum videlicet IEſum Chri-

Christum 1. Cor. 3 v. 11. & *Normali* ipsius Christi nempe voce in solidum nititur Matth. 3. &c.

Reliquorum *sectariorum* placita quod attinet, identidem veræ religionis nomine venire non possunt, quia præter & extra DEI verbum aliud fundamentum agnoscunt. E contrario verò nostra religio non nisi unicè ex DEI verbo per Prophetas in V. per CHristum ipsum, ejusq; Apostolos in N. T. revelato desumta (in quod etiam ceu ultimum ac genuinum suum principium resolvitur) hac gaudet prærogativà, quod uti est omnium verissima, ac certissima: ita præ reliquis omnibus unicè magnifacienda amplectenda, ac constanter retinenda, quantumq; in nobis, ab erro-

erroribus repurganda, propaganda, & adversus quosvis insultus hostium defendenda. Extant verò religionis nostræ purioris capita certa *tùm* in aliis *libellis Symbolicis* Ecclesiarum nostrarum: tùm etiam in *Corpore nostro Prutenico* consignata, & postmodum in *Repetitione Corporis Doctrinæ* explicata, ab adversariorumq; corruptelis repurgata & vindicata A. 1567. tantâ Magistratus pietate, tantâ etiam auctorum industriâ, & fidelitate interveniente, ut merito impii ac ingrati haberemur, si non institutum hocce ceu alterum κειμήλιον, aut depositum in Sacro-S. censu reponeremus. Atq; hinc factum, quod tùm *Dissertatione procemiali*: tùm *commentario* præsenti Opusculum

lum illud enucleatum ac expli-
catum irem: quod verò lucu
brationes meas *Vobis* ceu *In-
clytis Patriæ nostræ Ordinibus
universis ac singulis* inſcriptum
& conſecraneum extare volue-
rim: monuit me *partim Corpo-
ris Doctrinæ*, *&* *Libelli* com-
mentario colluſtrati indoles.
Vti namq; illi libri *Symboli* in-
ſtar dudum ſunt vobis deſtinati:
ita commentarius nemini niſi
vobis debuit extare Conſecra
neus. *Partim* ipſa temporis cir-
cumſtantia: *Centenarius* nimi-
rum Religionis noſtræ ad hoc
præſens tempus Dei gratia exa-
ctè abſolutus. Hæc namq; una
cum ſtatu Ducali, ac forma re-
giminis laudabili, A. 1525. feli-
cibus auſpiciis (utut particula-
tim A. 1523. & 1524. paſſim in-
trodu-

troducta) florere divinâ gratia cœpit, indiesq; majora incrementa nacta fuit, tùm circa A. 1530. jubare Augustanæ Confessionis universum orbem Europeum collustrante; tum maximè circa A. 1567. in Corpus Doctrinæ nostrum *Prutenicum* redactis præcipuis scriptis symbolicis: ac in subjuncto libello explicatis. Vt igitur mecum divinam clementiam & paternam ob conservationem & protectionem orthodoxæ religionis in nostræ patriæ gremio gratâ unanimes celebraretes animi memoriâ providentiam: meâ προσφωνήσει occasionem subministrare volui. *Partim Sisinnii* consilium me animavit de *non negligendis, sed ante omnia frequentandis à Veteribus traditis* *formu-*

formulis, quas ἐκδόσεις παλαιῶν appellat referente *Sozom. lib. 7 Histor. Eccles. c. 12. partim* insuper *libellorum* nostrorum *Symbolicorum*, ac præsertim *Corporis Doctrinæ*, ejusq; *Repetitionis* magna *auctoritas*, summa *necessitas*, & millecuples *utilitas*: ita ut non debeant aliis libellis postponi: neq; commode possint vel negligi, vel, quod absit, abrogari ex hocce Ducatu. Mearum itaq; partium erat uti qualicunq; conatu aliquantulum lucis scriptis illis afferre, vobisque eadem opera, eodem instituto meo, nunquam satis laudatam *Heshusii* commonefactionem in memoriam revocare, quali quidem vos A. 1573. affatus erat in *oratione suâ de Concordiâ*, vobis inscriptà 13. *No-*

 vembris.

vembris: FELIX ERIT INCLYTA BORVSSIA, QVAM DIV NON DISCESSERIT â CORPORE DOCTRINÆ PRVTENICO, ET CONFESSIONE VERITATIS, QVÆ NVNC DEI BENEFICIO APVD NOS SONAT: Vestrarum autem partium erit beneficii hujus divinitus indulti ac usq; ad hæc tempora extremè mala clementer conservati, nunquam oblivisci, multo minùs purioris religionis fastidio, aut nauseâ corrumpi; sed ejusdem conservationem & propagationem seriò usq; ad seram posteritatem calidis in votis habere: ac ceu cives cœlestis Hierusolymæ unanimibus suffragiis conceptisq; verbis in patroci-

troci-

trocinium & ſoſpitationem Corporis Doctrinæ & Repetitionis ejusdem bono aliis exemplo (in morem quondam jus Civitatis Atticæ petere ſolitorum) præire: PVGNABO PRO SACRIS CORPORIS DOCTRINÆ PRVTEN: ARTICVLIS SOLVS, ET CVM ALIIS.

DEUS vos ita animet, & fervore pietatis ſinceræ, ac Religionis purioris: odioq; *Vatiniano* hæreſium Omnimodarum ex alto impleat! Amen! Sic vovendo Dabam Regiomonti Die Februarij. 10. A. 1626.

Illuſtrit. Magnif. Generoſ. Nobilit. Reverent. Spectabil. & Amplitudin. Veſtri.

æſtimator

Cœleſtinus Mislenta D.



INDEX
Generalis Materiæ in *Manuali Prutenico* contentæ.

DISSERTATIO
PROOEMIALIS HISTORICO-CHRONOLOGICA

duabus partibus abſoluta; quarum *Prior* ipſum Doctrinæ Eccleſiarum Prutenicarum *Corpus* concernentia juxta *Antecedentium*, *Mediorum*, & *Conſequentium* membra expedit, ſubjunctâ *appendice de Statu Religionis & Eccleſiæ in Ducatu Prutenico.*

Poſterior *rationes Inſtituti edisſerit quâ Commentarium.*


I. Diſputatio *Proœmialis*, vel Diſſertatio Generalis de *Naturâ*, & *Conſtitutione Corporis Prutenici.*

II. De *Principio Normali*, ſive Canonico, adeoq; *ſcripturâ Sacrâ.*

III. De









DISSERTATIO PROOEMIALIS.



Xhibeo tibi, Lector benevole, commentarium super libellum corporis Doctrinæ Prutenicarum Ecclesiarum XVIII. Disputationibus expeditum, & *ventilatum: ut verò majori cum emolumento in eo perlegendo versari queas; paucis de nonnullis scitu necessariis, præliminari hacce* προσφωνήσει *præmonendus eris: Quorum* pleraque *ipsius Corporis Doctrinæ constitutionem concernunt;* pleraque *verò rationem Instituti nostri edisserunt: de singulis seorsim:*

De iis quæ ipsum Corpus Doctrinæ Ecclesiarum Prutenicarum concernunt.

T*Ametsi in Disputatione* Primâ *proœmiali de* Natura, & Constitutio-

ne Corporis Doctrinæ nostrarum Ecclesiarum Prutenicarum, disseruerimus; ita quidem; ut omnia ad hocce institutum, spectantia, breviter & succinctè ibidem fuerint proposita: placuit tamen uberioris explicationis gratiâ, tùm præmissis nonnulla addere; tùm eadem, maximè verò, quæ συντόμως erant in medium allata; in gratiam lectoris dilucidiùs explanare. Caterùm tria erunt expendenda, intra quorum cancellos dissertationis nostræ proœmialis pars prior pertexetur: 1. Τὰ ἡγέμενα, seu, quæ Corporis Doctrinæ constitutionem antecesserunt. 2. Τὰ μέσα ἢ πραχθέντα, seu quæ in ipsâ constitutione Symbolici illius libelli concurrebant; 3. Τὰ ἑπόμενα, seu quæ σύστασιν, & constitutionem nostri Corporis Doctrinæ subsecuta sunt. Quibus quidem præcognitis; facili negotio simul de statu religionis, & Ecclesiarum in hocce Ducatu informabimur.

Tria dissertationis proœmialis Membra.

ΤΑ ΗΓΟΥΜΕΝΑ, VEL CONstitutionem Corporis Doctrinæ Pruten: Antecedentia.

Antecedētia duplicis generis.

Ea verò sunt duplicis: quædam remotiora: quædam propria. p. 85.

Remo-

Remotiora erant, quaecunq; reformationem Euangelicam in hoc Ducatu aliquot retròseculis antegressa fuerant: qualia quidem sunt:

Remotiora.

PRIMUM, RELIGIO BARBARA, & ETHNICA VETERUM HUJUS DUCATUS INCOLARUM: Siquidem ante sexcentos annos, Veteres Pruteni, loco unius veri DEI, plurima, eaq; fictitia colere solebant Numina, qualia linguâ Barbarissimâ nuncupare solebant inditis peculiaribus nominibus, ceu sunt: Occopurnus, Suaixtix, Auxschautis, Autrympus, Potrympus, Bardoayts, Polunytis, Parcuns, Pecols atq; Pacols: Qui Dii interpretibus Georgio à Polents, & Paulo Sperato Episcopis Prutenicis Anno 1530 in præfatione agendæ Ecclesiasticæ, si eorum Numina secundum opinionem pensitentur, erunt: Saturnus, Sol, Æsculapius, Neptunus, Castor, Pollux, Ceres, Jupiter, Pluto, Furiæ, &c.

I. Religio Barbara, vel Ethnica.

Deastri Prutenorum.

Caeterùm ejusmodi Deastros in certos ordines distinctos fuisse, commemorat Hennenbergerus in suo libello de veteribus Prutenis, eorumq; cultu,

Dæmonia adorata.

Gorcho Deaster sextus Prutenorum esculentis præfectus.

moribus, & ritibus edito in lucem Regiomonti Anno 1584. *ubi etiam videri poterunt. Silentio autem nequaquam prætereundum; Dæmonia adorari à Barbaris solita, in igne, arboribus; Fluentis, & Nemoribus habitasse: Sic* Gorcho, *Deaster Prutenorum, sedem suam in Quercu quâdam, ubi locorum nunc* Hieropolis *seu* Heiligenbeil *oppidum visitur, habuisse; ac sextus in ordine Deorum ex* Masoviâ *in Prussiam translatus, fuisse; esculentis & potulentis, præfectus fertur: cui ignis perpetuus asservabatur; omnis generis primitiæ offerebantur v.g. frumenti, farris, farinæ, mellis, lactis & reliquorum esculentorum; oblataq; igne cremebantur; primitiæ adhæc captorum piscium cujusvis anni lapidibus imposita in honorem* Deastri *hujus igne absumebantur: donec Quercum illam* Anshelmus primus Ermlandiæ Episcopus, *unâ cum idolo arreptâ bipenni, humi prosterneret, sicque idololatriam in illo loco arbore in cineres redactâ everteret & destrueret. Similis Quercus commemorata in longitudine & latitudine sex ulnas quâ*

Dia-

Diametrum, nec non ramorum densitate excedens; foliorumq; virorem nunquam amittens, quin tàm æstivo, quàm brumali tempore virescens perpetuò fuisse perhibetur Rickojothi *in medio* Natangensis *tractus; ubi Cœnobium antiquitùs extructum hodieq; sed in profanos usus mutatum, cernitur: In hac Quercu quippe trifidâ, triplex repræsentabatur, & adorabatur Idolum:*

Triplex idolum in Quercu latissimâ.

Primus *Deaster vocabatur* Potollo *facie pallidâ, barba canâ, eaq; prolixâ præditus; veste lineâ candidâ, capillos præcinctus; cui sacrificii loco consecrabantur & immolabantur capita exanimatorum hominum, & jumentorum: diebus solemnibus in ipsius honorem cremari solebat sepum in ollis. Infestabat sæpissimè domos ditiorum, præsertim ubi è vivis sublato, parcioribus placabantur victimis Dii illi fictitii: noctu igitur homines parciores aggredi, negotiumq; eis facessere crebriùs; sin verò tertium supervenisset; nonnisi sanguine humano prævaricationes expiari eoq; placari: ita quidem, ut sacrificulus in proprios lacertos sævire, indeq; cruorem immolan*

1. Potollo.

landum elicere ubertim necessum habuerit: Quo peracto; percipiebatur sonitus remurmurans in Quercu ceu certissimum reconciliationis, & expiationis indicium.

2. Perkunos.

Alter *Deaster appellabatur* Perckunos, *faciem iracundi, ideoq; rubicundi instar ignis viri repræsentans; barbâ nigrâ, eâq; crispâ, ac innodi præditus; flammâ igneâ coronatus: Tertium idolum* Potrympum, *torvum non sine furore aspectans. Huic asservari consuevit ignis perpetuus ex lignis Quercinis iisq; aridis conflatus: quo quidem sacrificia cremabantur: sin verò contigisset ignem extingui: sacrificulus vitæ discrimen incurrere necessum habebat.*

3. Potrympo.

Tertius *Deaster nuncupabatur* Potrympo, *faciei glabræ, ac imberbis, frontis serenæ, & exporrectæ ridentium & lætantium in morem; ideo quod* Perkunos *stomacharetur: coronâ ex spicis viridibus contextâ redimitus: Huic consecrabatur anguis in grandiori ollâ lacte enutritus, & educatus à sacrificulis, ac manipulis frumenti coopertus: In ipsius honorem cremabatur cera, &*

Thus:

Thus: nec non infantes, necabantur.

In circuitu Roboris huius cernebantur egregii tapetes ſeptem *ulnas in altum elevati, explicati & appenſi: nefas verò, & religio erat cuiquam in interiora aulæi penetrare, exceptis ſummo eorum Pontifice, & Archiflaminibus: tempore autem peractorum ſacrificiorum removebatur velum ad latus, vel contrahebatur; quo liceret ſacrificantibus introſpicere.*

Quartus *Deaſter Prutenorum erat nuncupatus* VVorskaite, *isq;* primus *Prutenorum Rex ante ſui combuſtionem* VVidivvuto *dictus: poſt verò ſic cognominis in Deorum cenſum relatus.*

4. Worskaite.

Quintus *autem* Iſchvvanbrato *ante ſui cremationem in honorem Dæmonum,* Bruteno (*à quo poſtea Pruſſia cognominata*) *appellatus: officioq; Summi Pontificis* Crivve *nuncupati defunctus.*

5. Iſchwanbrato.

Sextus *vocabatur* Gorcho, *uti ſuprà dictum. Nec hoc ſilentio prætereundum, triplici illi idolo in trifidâ Quercu reſidenti, nonniſi in certo loco, eoq;*

6. Gorcho. p. 26.

Rikojoth *sacrificia offerre licitum fuisse. Prope Quercum illam destinata erat sedes summo sacrificulo; in circuitu verò reliquis inferioribus flaminibus: donec* Boleslaus Charbi *in Prussiam deveniret, hæcq; idola unâ cum Rickojoth demoliretur, ac igne devastaret: quantopere etiam* Masovvitæ *in locum huncce una cum sacrificulis sæverint; refert* Hennenberg: *p. 466. in descriptione* Prussiæ: *idem de* Samis *perhibet, ab eis in honorem Deastrorum suorum ingentem, serpentum multitudinem in nemore Quercino enutritum & educatum fuisse pag. 412. Præterlabitur vicum quendam in tractu* Insterburgensi Narpisken *cognomento, fluvius* Golba *dictus, cujus adoratores* Monoculi *reddebantur: id quod magnæ erat gratiæ signum. Vbi nec hoc reticendum, Dæmonem in Hirco plerumq; adoratum & cultum fuisse, commemorantibus* Episcopis von Polents & P. Sperato *d. l. in præfat: Inter reliqua verò sacrificia Dæmonibus offerri solita fuêre, præter jam commemorata,* partim homines *vivi Equis impositi, isq; alligati;*

Samorum Dii.

Adoratores Dæmonum, Monoculi.

Sacrificia

Homines

Hinc

Hinc ex Christianis captivis in holocaustum igne cremati in Borußiâ; civis quidam Magdeburgicus *cognomento* Hirßhals/ *ex sortis sic tertium innuentis casu.* Heidenreich Eylinger/ VVilhelmus von Coburg: Gerhard Rode *Præfectus Sambiensis, &c.* partim *sues: hoc pacto fecisse sex pagos in tractu* Sambiensi, *evincit historia* Pobetensium *rusticorum Anno 1531, jam post reformationem Euangelicam: Vbi iis in unum congregatis in conspectu utriusque sexus per sacrificulum certis ritibus ex sui medio ad id negotii delectum, cum recitatione precum Idololatricarum, & invocatione Dæmonum sus mactabatur fausti ominis ergò, cuius caro â sacrificantibus omnibus, quotquot impræsentiarum aderant, frustratim assa, & igne tosta devorabatur continuatis epulis ad septimum usque diem, ac largiùs potantibus de 12. tonnarum hunc in usum coëmta cerevisiâ: extra verò, ossa & residuæ particulæ igne cremabantur:* partim *etiam* Equi *albi; quos proinde ad usus profanos adhibere piaculum & re-*

Sues

Equi albi.

γ.

Ordo sacrificulorum gentilitium triplex:

ligio erat, uti testatur historia de Dorgone Pruteno.

Ordinem *sacrificulorum, seu* Flaminum *quod attinet,* triplex *is obtinuisse, commemoratur. In* summo *dignitatis fastigio constitutus dialecto barbarâ* Crivve *vocabatur, vel* Kirvvaite, *quæ vox summum denotabat Pontificem interprete* Mechovv. lib. 2. c. 8. *Huic subordinati appellabantur* VVeidelottes, *h.e.* Sacerdotes, *itidem explicante* Mechovv. *d.l.* Tertii *ordinis sacrificulus appellitabatur etiam* VVeidelottes, *sed in eo à prioribus differens, quod illis nusquam habitare licuerit, nisi in* Rikojoth: *his verò habitatio extra* Rikojoth *permittebatur inter alios homines libera: Omnes verò (præsertim primi & secundi ordinis) tenebantur esse* 1. provectæ & spectatæ *ætatis;* 2. *antehac* Uxorati; 3. dextræ famæ, *boni nominis, ac inculpatæ vitæ;* 4. *castitatem perpetuam voventes, ac imposterum omne fæminarum consortium fugientes, sub pœnâ capitali cremationis & combustionis. Erat etiam certus* ordo Vestalium *eundem in modum quâ fidem*

1. 2. 3.

Requisita sacrificuli.

Ordo vestalium.

dem, quâ vitam cum sacrificulis compa ratus. Officium Vestalium erat ad Mulieres restrictum, quas aquè, ut sacrificuli Viros, de rebus fidei, morum ac rituum informabant. Ex ordine Vestalium ejusmodi fuisse legitur Pogia Varmonis filii Regis Prutenici filia; VVidivvudo Neptis, &c. à quâ Provincia Pogesania nomen traxit, in hocce Ducatu.

Officium sacrificulorum.

Officium autem sacrificulorum erat I. sacrificare jam commemorata sacrificia h.est, homines vivos; Iumenta, præsertim Equos albos; 2. homines in religionis & cultus negotio informare; ut & 3. modum vivendi iisdem præscribere. 4. devotè orare quò Numina placentur, & ad apparitiones, nec non colloquia cum sacrificulis propitiora reddantur: 5. populo benedicere; inque modo benedicendi plebi praire. 6. de dubiis, & perplexis; acquirendis, & amissis responsa dare: plura videantur in tracta: commemorato Hennenberg: de antiquis Prutenis.

Duratio religionis Bar-

Duravit autem barbara hæc Idolomania in Prussiâ plus quam 500. annos post

barǽ in Prussiâ.

post Christum *natum*; *maximè vigere cæpit sub* VVidivvudo Primo *Prutenorum Rege*, *qui* Balgam *fundavit*, *extruxit*, *ibidemq́ leges Prutenicas promulgavit usq; ad introductum* Teutonicum *ordinem*; *sub quo* Pruteni *domiti facti ad fidem Christianam cõversi sunt*, *non tamen sine ingenti difficultate & sanguinis humani*, *vitæ fortunarumq́ jacturâ*: *uti statim indicabitur*: *Sed nec sic prorsus Idololatriæ valedixit gens Prutenica*: *quantumvis enim publicitùs tale quid attentare non ausa fuerat*; *furtim tamen*, *& clanculum Dæmonibus litabat*: *Quâ de re conquesti suo tempore duo illi supra commemorati* Episcopi *fuerunt Anno* 1530. *in præfatione conceptis verbis sequentibus*: In hoc angulo Prutenico, quamlibet exiguo rudiores adhuc plerosq; non parum multos tùm Pastores; tùm oviculas habemus, Germanos, Bruthenos, Ruthenos, Polonos, Masovitas, Lithvanos *atq;* Livonios, *qui veluti alteri* Aborigenes *in hoc* Latio, *sedes sibi jam olim posuerunt*: Referemus etiam rem miram: Est adhuc

in

in Bruthenis nostris Sambiensibus Sudorum quidam manipulus (ut reliquam abominationem superstitionum, reliquias Gentilitatis taceamus) Hirco etiamnum furtim nonnunquam faciens; ac instar olim Samaritanorum, una cum vero DEO vana prisci erroris Numina tremens, &c. *Hactenus verba Præfation: Quam quidem narrationem confirmat Historia* Pobetensium *Anno 1531. paulò antè in medium allata: Ac praxis multis in locis huius Ducatus à pluribus colonis frequentata ante aliquot annos per quandam manutraditionem à Majoribus Prutenis ad posteros propagata; præsertim in pagis: ubi certo ac stato tempore sub noctem omnis generis edulia præparari; primitiæ verò eorum Dæmoni consecrari segregatâ certâ portione solebant: ad quarum absumtionem Dæmon invitabatur, ac invitatus in Hypocausto benè obserato solus relinquebatur: omnibus autem domesticis sub extremo vitæ discrimine in domicilium illud eo tempore interdicebatur ingressus. Credebatur hoc pacto placari ac omni venerato-*

P. 33.

ratoris possessioni propitior reddi; ne aliquam noxam vel pecudibus vel frugibus eiusdem currente anno inferret. Atque hactenus habuimus primum remotius προηγούμενον.

II. Religio Papistica.

SECUNDUM ΠΡΟΗΓΟΥΜΕΝΟΝ *remotius est,* RELIGIO PAPISTICA: *Circa quam* quatuor *veniunt consideranda: 1.* ἀρχὴ principium *&* εἰσαγωγὴ *vel* introductio; *2.* ἀκμὴ status vigoris; 3. παρακμὴ *status* diminutionis; *& 4.* καθαίρεσις *seu* πανολεθρία status totalis eversionis, *ac* reformationis.

Initium Papismi in Prussiâ.

De initio & progressu Religionis Christiano-Papisticæ in Prussia.

1. Sub Boleslao Bohemiæ Duce.

Primus *omnium Prutenos ad Religionem Christianam convertere conatus fuerat, Dux* Bohemiæ XIV. Boleslaus *Boleslai Gentili Religioni addicti filius, piissimus Heros: Is quippe non solum in propriæ ditionis Urbibus & Oppidis Christianam religionem plantavit, extructis 20. templis: & præstituto I.*

Præ-

Pragensi Episcopo Ditimaro Saxone; *verùm etiam* Prussiæ *curam suscepit, misso in eam II. Pragensi Episcopo* S. Adalberto *ex* Bohemiâ *oriundo, circa* Annum Christi *988, vel 1000. deveniens ad fluvium* Ossa *cognominem, conscensa naviculâ tranat fluentum, non habens verò in are, quo navarcha satisfaceret, luebat in corpore, vapulando plagis capiti remo inflictis iisq; exceptis sine omni murmuratione, ac cum summâ patientiâ: Vbi verò in Prußiam advenerat, obambulando regionis compita, & colonias, barbaris viam salutis monstrat, eosq; de cultu divino informat, idola Ethnica, ac ipso horrenda sono Numina evertit, multis evincendo argumentis:* Solem, Lunam, ignem, aquam, Nemora, & lucos, *quibus hactenus cultum exhibuerant, nequaquam Deos veros; sed fictitios ac commentitios Deastros, ac reverâ DEI veri creaturas esse. Id quod ægrè tulerunt flamines* Gentilitii, *ac proinde* S. Adalberto *insidias struere, eumq; non procul ab Oppido* Fischhausen *comprehensum ex jussu sui* Crivve *seu* Pontificis *vi oppríme-*

S. Adalberti adventus in Prussiam.

V. p. 57.

primere; flagris & septem vulneribus illatis affligere, truncatoq; capite ab arboris ramo exanimatum corpus suspendere. Quo percepto, ipsius hospes, apud quem diverterat, frustra cadaveris eius in Syndonem collecta, contumulavit. Fabula verò potius est quàm Historia de S. Adalberto, *quam* Simon Grunaw *refert; particulas exanimati cadaveris S.* Adalbertini *in unum coeisse, ac coaluisse in integrum, indutoq; amiculo Missatico, præ se ferentes proprium caput non ita pridem amputatum, Nubem lucidam praeuntem comitatas fuisse usque ad locum à* Dantisco *uno milliari distantem: ac ibi in quodam sacello offenso altari ad feretri formam extructo, in eo recubuisse, ibidemq; triennium quievisse; Verum cum exiguo honore sic quiesceret;* S. Adalbertus; *noctu cuidam* Masovitico *plaustrario in loco illo pernoctanti apparuisse, eiq; in mandatis dedisse; quò* Gnesnam *versus transferretur. Multò gerris* siculis *vaniores sunt nugæ de bipenni, quâ* S. Adalbertus *in frustra dissectus esse perhibetur, quod ex* Sambiâ *usque ad* Hieropolin

Fabula de S. Adalberto.

polin

polin (Heiligenbeil) tranarit; indeq; Oppidum cognomen traxerit: cum verisimilior sit eorum Nomenclatio, qui autumant ab altâ bipenni, quâ Quercus in illo loco humi fuerat ab Anshelmo prostrata, oppidum esse denominatum. Hoc autem verosimilius est, contumulatum S. Adalbertini cadaver ex postulato Boleslai Ducis Poloniæ effosum, ac ex Prussiâ Gnesnam usque transportatum ibidemq; honorificè sepultum fuisse: an verò tanto cum sumtus dispendio, uti refert Grunavvius, penes auctorem esto fides: confer Crantz: in Vandaliæ lib. 2. cap. 29. Mechov. lib. 2. c. 8. Cromer: lib. 3. &c. Neque hoc à vero alienum, quod Otto III. Imperator Rom: peregrinationem Gnesnam versus ad S. Adalberti exsuvias invisendas susceperit; eoq; tempore Magnificè à Boleslao exceptus eidem Diadema una cum honoribus, ac titulis Regiis, immunitatibusq; ab omni Romani Imperii onere contulerit: Cujus etiam auspiciis Ducatus Poloniæ in Regnum mutatus floruit usq; ad Boleslai (ex Casimiro aliquandiu Monacho Cluniacensi; postea ve-

p. 28.

S. Adalberti cadaver Gnesnam transportatur.

Peregrin: ad exsuvias S. Adalberti

E Ducatu Regnum Poloniæ primum constituta.

rò *ad* Solium Regium *evecto Anno 1041. filio prognato) tempora: is namq; ob necem Divo* Stanislao Episcopo Cracoviensi *illatam, ceu tyrannus Sceptro regio privatus cum Successoribus & regione ex torris factus fuerat ex decreto Papæ Romani: Regnum itaq; ab eo tempore in Ducatum degeneravit, sicq; duravit usq; ad* Primislaum II. *Anno 1295.*

2. SubDynastis Poloniæ.

Conatum Ducis Bohemiæ excepêre conatus Regum Ducúmq; Poloniæ, *qui identidem* Prutenos *ad Christianismum convertere satagebant:*

Primus conatus videlic: Miesko.

Primus *omnium ex* Poloniæ *Dynastis religionem Christianam in certâ* Prussiæ *parte; præsertim in* Culmiâ *&* Lôbaviâ *plantavit Dux* Miesko *post susceptum baptisma Anno 965.* Gniesnæ: *promulgato edicto, ut omnes & singuli suæ jurisdictioni subjecti destructis Idolis, sacris baptismatis initiarentur. In evidens pietatis receptæ argumentum extruxit* novem Basilicas Episcopales, Gnesnensem, Cracoviensem, Crusnicensem, Smogorensem (*vel Vratislaviensem*) Posnaniensem,

ensem, Plotzensem, Culmensem, Caminensem, & Lôbaviensem in Prussiâ.

Pari pietatis zelo filius in Regimine successor Rex I. Poloniæ Boleslaus, Prussos *domuit eosq; tributarios reddidit, circa A. 1001: idem fecisse perhibetur* Boleslaus Uladislai filius *prostratis ex* Pomeranis *&* Prussis *circiter 4000 post A. Christ. 1087.*

& Boleslai.

Secundus *conatus Prutenos ad Christianismum convertendi insignis occurrit in annalibus* Boleslai VIII. *Anno 1146. ad Regimen electi in locum* Uladislai *fratris exulis: Is enim inito fœdere cum Cunrado, & posteà cum* Friderico I. Barbarossâ Imperatoribus Romanis, *una cum fratribus* Mietzlâo, *&* Heinrico, *Prutenos aggreditur, eos domat, tributarios reddit, & ad* suscipiendum baptisma *adigit: sacris itaq; baptismatis initiati erant* Pruteni *Anno 1164; sed hypocriticè & simulatè: Quamprimum enim secessit ex Prussia Boleslaus cum fratribus; irruunt* Pruteni *in* Chelmiam *&* Masoviam *colonias depopulando, devastan-*

Secundus conatus Boleslai.

Baptisma hypocriticum Prutenorum.

do compita, & pagos igne cremando; homines atque jumenta secum abigendo. Injuriam hancce redierat ultum Boleslaus *cum fratribus; sed circumventus proditione quatuor Prutenorum aulicorum suorum; re infectâ, ast non sine jactura vitæ Ducis* Heinrici *fratris; ut & fortunarum ingenti dispendio inde reversus.*

Tertius conatus Conradi Masowię Ducis.

Tertius *conatus commemoratu dignus est Ducis Masoviæ* Cunradi, Uladislai *exulis* filii: *Is enim elocatâ filia suâ in matrimonium filio ultimo Regis Prutenici* VVidivvuti, Chelmo *dicto: (à quo etiam regio seu provincia in Prussiâ cognominis est reddita* Chelmia) *eum à Gentilismo ad Christianismum convertit, invito tamen* VVidivvuto *Rege parente; à quo etiam instigante* Crivve *seu* Archiflamine *Gentilitio, ad* Rikojoth *locum Dæmonibus* p. 29, 34. *suprà commemoratis consecraneum; pro reddendâ mutatæ religionis ratione peremtoriè citatus comparere necessum habuit: interea irruunt* Poloni *in ipsius Ditionem, eoq; absente diripuunt ipsius arces; interemtis uxore & liberis, ac*

colo-

coloniis igne succensis. Cladem ejusmodi exasperavit nimiùm exprobratio consanguineorum Chelmonis, tale quid abnegatâ avitâ religione sibi divinitùs supplicii loco immissum esse: nec porrò ipsi ut ut consanguineo, opitulari contra violentiam hostium voluisse. Confugiens itaque ad Masovvitas ab iisdem suppetias impetrat; ac collectis copiis regionem suam denuò occupat; ita tamen, ut progressu temporis ditio illa Chelmensis Masovitis in peculium cesserit.

Chelmia ad Christianismus convertitur.

Factum proinde ut pars illa Prussiæ ad Christianismum converteretur per Episcopum Christianum cognomine : ægrè verò idipsum ferentibus aliis Prutenis: qui conspiratione factâ Chelmensibus & Masovitis bellum intulêre; eorum ditiones devastavêre trucidatâ ingenti Christianorum; in quorum numero fratres Ensiferi fuerant, multitudine. Ab aliis ratio illata huius truculentiæ alia narratur; nimirum interitus Christiani Palatini Plotzensis, à quo Conradus Dux educatus, ab eoq; flagitiorum suorum enormium

caussâ sæpiùs reprehensus fuerat: qui verò non saltim reprehensiones illas susq́; deq́; habuit; verùm etiam Palatinum suum primùm oculis privavit; insuper verò capite truncavit. Rumor hic ad Prutenos *delatus, eos magis magisq́; contra* Masovitas, *è vivis subloto Heroë* Christiano, *à quo multoties barbari victi reddebantur, arma sumendi, hocq́; pacto hostes invadendi animasse perhibetur.*

Hostium autem violentiæ Cunradus resistere propriis copiis, & viribus impos; ex suasu & consilio Episcopi Christiani *apud Ducem* Uratislaviensem Henricum, *ut & apud* Ordinem Teutonicum *in Palæstinâ implorat suppetias; eiq́; ditionem* Lôbaviensem (*ex quorundam sententiâ: à quâ reliqui discedunt; contendentes* Lôbaviam *ex donatione* Pruteni Surbauno; *ac post susceptum baptisma* Pauli *nuncupati, Primo Episcopo* Christiano *formulâ testamenti erectâ in Episcopatum cessisse*) & Chelmensem *ad possidendum in perpetuum donat ad refrenandos & compescendos barbaros* Prutenos: *Gesta hæc*

nar-

narrantur Anno 1226. Maji 29. die. Atque hæc prima *fuit occasio, quâ Fratres Ordinis Teutonici in Prussiam devenerunt: veruntamen non nisi anno demum* septimo *huc appulerunt videlicet Anno 1231; in sede sibi designatâ omnibus desolatis & solo æquatis deprehensis; quandoquidem plus quàm sesquitrecenta templa Christianorum una cum* Cœnobiis *in* Colmiâ *&* Poloniâ *à barbaris erant exusta soloq; æquata: nova castra, templa, ac munimenta erigere necessum habebant: idem adversâ parte barbarâ factitante, ad eò commodiùs resistendum Crucigeris; donec tandem domarentur, & subjugarentur in totum, non sine sanguinis Christiani profusione; temporisq; 53. annorum ac fortunæ ingenti dispendio: uti ex jam dicendis patescet.*

Prima Crucigeris suppeditata in Prussiam deveniendi occasio.

Sequitur itaque Quartus *Conatus* Crucigerorum, *Prutenos ad Christianismum convertere allaborantium: qui quidem* Imperatore Friderico II. *&* Papâ Honorio III. *ex postulato Ducis Masovitici cum Exercitu Anno 1231. in Prussiam devenientes præfecto belli Duce* Burggrabio Magdeburgense;

Quartus Conatus Crucigerorum.

primùm in Culmiæ *finibus circiter 5000. barbarorum proſternunt: reportatâq; victoriâ extruxerunt arcem* Reden *inter* Pomeraniam *&* Culmiam *ſitam: inde verò progreſſi in Pruſſiam, extruxerũt arcem* Chriſtburg, VVeiſſenburg, Röſſel, Bartenſtein, Heilsberg, Brunsberg, *&c. Ordinis ſupremo tunc temporis Magiſtro* IV. Hermanno von Salza; *qui Anno 1210. ad hanc dignitatem evectus in* Palæſtinâ; *poſtmodum verò* Anno 1240. *defunctus in* Apuliâ Barletti *humatus eſt.*

Culmiâ *itaq; ſubjugatâ, & ad Chriſtianiſmum conversâ, vicinæ regionis* Pomezaniæ (*à* decimo *filio Regis* VVidivvuti Pomezone *ſic cognominatæ) incolæ itidem domiti & ſacris baptiſmatis initiati fuerant: Hos ſubſecuti ſunt* Natangenſes *à* quinto *filio* VVidivvuti *Regis* Natango *ſic dicti*; Nadrovii *à* tertio *filio* VVidivvuti *cognomen trahentes; poſt hoſce* Schalauni; Barthones, VVarmienſes, Pogeſani *vel* Hoggerlandi; Sambienſes *verò difficillimè ad amplectendum Chriſtianiſmum adigi poterant: poſtremi in*

am-

amplectendum Christianismum adigi poterant; *postremi in amplectenda religione Christianâ deprehenduntur fuisse* Sudi *ad fines* Samogetiæ *&* Lithvaniæ *habitantes. Vbi commemoratione dignum est de* Ludovico von Liebenzell/ *qui cum in acie interfectus, equo impositus ad hostium domicilia veheretur; recollecto spiritu, in captivitate 1600. ex* Sudis *convertit. circa Annum 1280. sub* Cunrado von Feuchtwangen. X. Provinc. *M. &* Mangolt von Sternberg XI. Provinc. *M.*

1600. Sudi conversi à captivo Christiano.

Caterùm multoties Pruteni *abnegasse Christianismum; ac ad Gentilismum relapsi fuisse leguntur:* Quintuplex *verò eorum defectio in annalibus occurrit, illato siquidem Crucigeris bello; excussoq; ipsorum jugo ad tempus liberè Ethnicismum profitebantur.*

Quintuplex defectio Prutenorum.

Prima *defectio contigit Anno 1240. instigante* Schvvantipolko, *à Duce* Poloniæ Leskone Albo *Provinciæ Pomeranicæ Præfecto tributario (annuatim 1000. mar. argent:) præstituto; qua le verò is non solùm Duci rebellis factus pendere renuit; verum etiam* Leskonem

Prima A. 1240, sub Cunrado Landgravio Thur: V. Crucigerorum Generali magistro: triennis.

Schwantipolko parricida & Apostata

nem *Anno 1227. ab eo ad Comitia regni citatus, unâ cum reliquis Ducibus, exercitu stipatus improvidò, ac insperatò, in balneo securum; indeq; profugientem trucidavit. Factus itaque parricida neq; Magistratui suo, neque DEO fidem servavit; post baptisma quippe susceptum more Ethnicorum; cum quibus etiam conspirabat, eosq; ad eiusmodi attentata Christianæ religioni exitiosa exstimulabat; in Christianos cum* Prutenis *sæviebat, bonis ac vitâ eos privabat. Duravit itaq;* prima *illa defectio, Apostasia & rebellio* integrum triennium sub V. Generali Magistro *Ordinis* Cunrado Landgravio Thuringiæ; *Provincialibus autem Magistris* Poppone von Osternâ, *&* Heinrico VVidâ.

Secunda Apostasia Prutenorum Anno 1260. triennis.

Secunda *apostasia, vel defectio, & rebellio Prutenorum occurrit Anno 1260, prostratis Crucigerorum aliquot millibus in expeditione contra* Curones: *excusso quippe Ordinis jugo præfecerunt rebelles* Pruteni *Capitaneos ex animi sententiâ;* Sambienses *quidem cognomento* Glandem *aliàs* Richar-

chardum *ex ſuſcepto baptiſmate*; Varmenſes Glapponem, *alias* Carolum; Pomezani Auctumnum; *alias* Nicolaum; Natangenſes *Henricum* Monto; Barthones *Ottonem* Divvan; *hoſce omnes antehac baptizatos, & in arte bellicâ exercitatos curâ & impendiis Crucigerorum. Duravit hac etiam rebellio & apoſtaſia* triennium; *vel quod exceſſerat diutiùs ex aliorum placito.*

Tertia Apoſtaſia ſeptennis.

Tertiùm *defecerunt Pruteni ſub* Hannone Sangerhauſen VII. *Ordinis Magiſtro, ac duravit apoſtaſia hæc ad tempora* Hartmanni Comitis *ab* Heldrungen VIII. *Crucigerorum Magiſtri ad A.1279. hoc eſt, integrum* ſeptennium.

Quarta A. 1286. annua.

Quartùm *defecerunt Anno 1286. ſub* Burchardo von Schwanden *Generali Crucigerorum Magiſtro: quo tempore* Barthones *&* Pogeſani *deſertâ* Pruſſiâ *in Lithvaniam profugi facti; poſteà verò veniam deprecati in gratiam à Crucigeris recepti ſunt. Duravit autem defectio iſta integrum annum præter propter.*

Quin-

Quinta A. 1295.

Quinta *apostasia, defectio & rebellio contigit, Anno 1295, sub* Conrado Feuchtwangen *X. Ordinis Teutonici, Magistro Generali: aliis quidem Prutenis rebellionem occultantibus; ac clàm potiùs conspirantibus; Natangensibus verò palàm Crucigerorum Ordini renunciantibus, ipsorumq́ jugum excutientibus.*

Repressio totalis Prutenorum ab exteris sublevata

Durante verò apostasiâ & defectione crebriori; barbarorum petulantiam & rebellionem Crucigeri tandem superarunt, domuerunt, eosq́ universos ad Christianismum amplectendum adegerunt; ac insuper sub suam jurisdictionem redegerunt; veruntamen suppetias & succenturiatas veluti vices, ac auxiliares copias subministrantibus exteris Dynastis Christianis.

1. Suppetiæ Marchionis Episcopi Mersburgensis, A. 1251.

Post primam *igitur apostasiam barbarorum & Cladem* Crucigeris *illatam; sublevandi conatus Ordinis Crucigerorum, ac maximè ulciscendi immanitatem barbarorum studio; devenit in Prussiam* Marchio Episcopus Mersburgensis, *una cum* Comite von Schwartzburg *Anno 1251; ac peragratâ*

Natan-

Natangiâ rebelles compescuit, contumacesq; debito zelo mulctavit.

Anno 1254. brumali tempore devenit Odoaker Rex II. Bohemiæ magnâ comitante catervâ, quâ exercitum circiter 60000: in comitatu illo erant Marchio Brandeburgensis Otto; Dux Austriæ, Burggrabius Moraviæ, Episcopus Pragensis Bruno (vel Coloniensis) Episcopus Olmitzensis; tunq; Sambienses in tractu Mednavv imprimus rebelles incolas Christianam religionem suscipiendam dissipatis barbarorum copiis compulit: erectâ in perpetuam sui memoriam arce, quam Regiomontanam nuncupavit Anno 1255.

2. Odoakeri II. Regis Bohemiæ Anno 1254.

Arx Regiomontana erecta.

Anno 1262. venerat in Prussiam opitulandi Crucigeris animo Comes Juliacensis stipatus comitatu plurium Principum; cum quibus rebelles Prutenos adortus circiter 3000. eorum prostravit; reliquos verò subditos Crucigerisq; addictos reddidit.

3. Comitis Iuliacensis Anno 1262.

Anno 1272. huc insuper cum spe élato Exercitu concesserat Marchio Misniæ Dietericus, ac rebelles apostatas Natangenses supplicio debito affecit,

4. Marchionis Misniæ.

cit, omnibus quotquot offenderat intere-mtis; immorigeris ad professionem Christianæ fidei adactis. Subjugatis hunc in modum Prutenis Crucigeri à vicinis tùm Samogetis; tùm Lithvanis *nimiùm infestabantur, & divexabantur; ingentem Cladem & jacturam bonorum, & vitæ perpessi: siquidem* centenarius *ferè annorum elapsus erat, barbaris nondum aut vix ac ne vix quidem domitis redditis, adq; fidem Christianam adductus:* VVinricus von Knipenroda *Prussiæ M. annales recensendo suo tempore deprehēdit: bellum cum* Samogitis *85. annos gestum fuisse: in acie occumbentibus Christianis; ex* Crucigeris fratribus nobili *prosapiâ oriundis 49. ex* Illustri *verò familiâ 28. ex ordine* Civico *4000; ex* Nobili *familiâ 11000;* *ex* gregariis *Militibus 8000: ex* Advenis, *& Hospitibus* Volonibus *15000: ex* rusticis partîm *interfectis;* partîm *in captivitatem abactis 168000: sub* Conrado von Jungüngen/ *supputatum erat dispendium Christianorum vitam in acie contra barbaros profundentium; ex*

ex Crucigeris fratribus 161: extra ordinem verò Crucigerorum *5021.*

Barbaris itaque undequaque superatis, domitis & ad Christianæ fidei publicam professionem adactis; Crucigeri *magis magisq́ religionem Christiano-Papisticam plantatum & propagatum hisce in oris sedulò curarunt; qua de re jam restat ex professò brevius tamen agendum.*

De ΑΚΜΗ & ſtatu vigoris Religionis Chriſtiano-Papiſticæ in Pruſſiâ.

R*Eligio Papistico-Christiana in* ἀκμῇ *constituta fuisse hisce in oris deprehenditur ab Anno Christi 1400, usque ad 1520. Quantumvis enim regio hæc multis bellis* partim à Regibus Poloniæ *jam ad Christianismum conversis*; partîm *à Ducibus* Lithvaniæ; partîm à Bohemis; partîm *denique intestinis dissensionibus infestata fuerat: viguit tamen in ea religio armis introducta & propagata; qualis adhuc in regno Pontificio obtinet:*

Nam

Vigor Religionis Pontificiæ consistens. Primò in extructione templorum, Basilicarum, Monasteriorum.

Nam præter Basilicas, templa; *quorum pleraq; hodieq; ex Papatu ad reformatas Ecclesias transierunt; tum temporis extructa erant* Monasteria *pro Monachis & Monialibus: intra Regiomontum; & extra urbem hancce: Ad certa loca instituta & designata erant certæ* peregrinationes: *Hoc nomine audiebat Templum* Dantisci *Divæ* Elisabethæ *consecraneum;* Neoburgicum *in tractu* Pomerellano; *templum hoc Privilegio erat à Papa donatum A.1393: in cuius consecratione acquirebatur remißio omnis culpæ & pænæ; Eadem spondebatur, peregrinationem ad* Tiliam *in campo propè* Beislak *vicū* Idolotricam *suscipientibus: Hinc Dux Prussiæ* Albertus *adhuc in Papatus tenebris cespitans pedester & quod magis est, nudis pedibus ad* Tiliam *illam Regiomonto peregrinationem suscepisse legitur.*

Deindè in peregrinationibus indulgentiariis.

Tilia Idololatrica v. p. 80.

Quednau D. Iacobo templum sacrum.

In vico Quednavv *templum Divo* Iacobo *in honorem fuit dicatum: ad quod plurimi nautæ præsertim vel navigantes reliqui in extremo neceßitatis articulo constituti, peregrinationes vovebant, & expediebant.*

Non

Non procul à Lithostrato *Regiomontano ; extat etiamnum templum* B. Mariæ *dicatum in vico* Judenkirch cognomine ; *sub* Conrado von Jungingen *adeò celebrè, ut ipsius fama apud exteros percrebuerit longè latèq;. Hinc* Carolus *Dux* Geldriæ *celebritate fani illius motus, in* Prussiam *4000. militum stipatus devenit persolvendi votum suum gratiâ in templo commemorato : in transitu verò per* Pomeraniam *: captus fuit : ast à* Crucigeris *ex captivitate vi ereptus in loco* Falckenburg : *Id quod Carolo Duci displicuit : restitutus itaq; in captivitatis locum, alio pacto relaxatus, ac inde dimissus usq; ad locum templi* Judenkirch *cum exercitu tendit; peractoq; B. Mariæ Sacrificio ; hinc in* Geldriam *reversus est.*

Judekirch B. Mariæ.

Ducis Geldriæ superstitio.

In tractu Sambiensi *erectum etiamnum extat templum in memoriam & honorem* S. Adalberti Pragensis Episcopi Martyris ; *cujus supra facta mentio : gaudens S. Adalbertini cognomine hodièq; : ab impetratis olim indulgentiis celebre : Illuc enim Crucigerorum Magistri Generales concedendo*

p. 39.

S. Adalberto zu S. Albrecht

 unâ

unâ cum spectatißimo comitatu, & Episcopo Fischausensi indulgentias impetrare singulis annis circa festum Michaelis in more positum habebant; uti hoc ipsum historiæ de Ludovico Von Erlingshausen Prussiæ Archi Magistro An. 1463. comprobat: ut & alia, Sub Henrico von Richtenberg Prußiæ Magistro de Erhardo von Reisenstein commendatore Regiomontano, qui quatuordecim integros annos, telum Chalybeum in certamine ab hoste capiti inflictum circumportavit; donec per palati partem putrefactam egressum reperiret. Id quod commemoratus commendator honori S. Adalberti consecraneum catenulâ argenteâ imagini S. Adalberti unâ cum insignibus suis gentilitiis, in perpetuam rei memoriam appendit. Visitur idipsum hodiernis temporibus dicto in loco.

Arnaw Div. Catharinæ. Jergenaw B. Mariæ. Zur H. Dreyfaltigkeit.

Divæ Catharinæ olim templum in Arnaw erat consecraneum: quò etiam peregrinationes institui solebant: ut & ad simulacrum B. Mariæ in Jergenaw: & post ad idem in Cœnobium S. S. Trinitati dicatum & in loco Rickopoth extructum.

structum: ex Jergenaw translatum: nec non ad Simulacrum S. Annæ in Frawendorff.

Frawendorff S. Annæ

In vico Mülhausen olim templum ob indulgentias & peregrinationes creberrimas erat celebre; cum in finem impetrato Diplomate Papali: operâ, studio & impendiis Danielis von Künheim Senioris: is quippe αὐτοπροσώπως Romam invisens A. 1492. supplex Indulgentiarum Litteras ab undecim Cardinalibus Papâ tunc temporis Innocentio VIII. ex lethargo laborante, ex quo etiam obiit; accepit, quæ etiamnum dicto in loco asservantur, subscriptionem undecim Cardinalium; unâ cum appensis eorum sigillis exhibentes: in quorum numero primas tenet Rodericus Borea, gente Hispanus, Cardinalis Porturiensis; eodem anno Pontifex creatus; ac Alexander VI. nuncupatus est: in quo quidem templo post reformationem Evangelicam filia B. Lutheri; Conjux Dn. von Kunheim una cum 5. liberis contumulata quiescit (uti & Regiomonti in palæopolitano filius B. Lutheri Johannes major natu sepul-

Mulhausensis Indulgentiæ.

Lutheri filia cum liberis quinq; in templo Mulhustano sepulta ipsius filius Iohannes in tēplo Regiomontano.

tus esse reperitur, in cujus obitum programma Academicum circumferebatur ante aliquot annos.)

Labiaw Div. Iodoco.

Prope Castellum Labiaw viret adhuc Quercus; ad quam prætermavigantes Lithvani & Poloni Papicolæ sinuato poplite S. Jodoco litare, uti olim solebant; ita hodiernis temporibus ex antiquâ consuetudine solent gratitudinis ergò, ac sacrificii loco denarium unum atq; alterum in cavam Quercus partem injicientes: Id quod sæpius observans quidam Colonus Labiaviensis, quodam tempore depositum inde eruit ad 40. Marck referente Dn. Capitaneo Labiaviensi moderno, Generoso Iohanne von Wallenrodt.

Extabant etiam plura alia loca, & templa peregrinationibus, & indulgentiis ab antiquis Papicolis sub religionis & pietatis prætextu in honorem & cultum Divis commentitiis dicata & consecrata; præsertim extra huncce Ducatum; ut pote, in Glottaviæ oppido Guttstadt / Elbingæ ad Divi Georgii Xenodochium in suburbio; Launitz &c.

tùm in Vrbe, tum in Ducatu

Splendorem adhæc, ac vigorem Papisticæ

pisticæ religioni conciliabat ordo Clericorum *toto fermè temporis illius spacio in hunc Ducatum insuper à* Pontificiis *introductus: siquidem in* Sambia *ab A. 1255. usq. ad 1520; XIX. præfecti erant* Episcopi *omnes Pontificii; XX. quippe* Georgius *à Polents luce Evangelii illuminatus Papatui renunciavit: In* Pomezania *verò ab A. 1245. præter propter, usq. ad 20. etiam XX. numerantur Episcopi Pontificii; XXI. siquidē* Erhardus Queis *Sambiensis Episcopi à Polents* σύγχρονος, *etiam Papisticæ idolomaniæ valedixit circa A. 1520. & sequentes.*

Tertio in splēdore Ordinis Ecclesiastici.

Processiones *insuper pompâ* Persicâ *ornatæ; nec non frequentiâ, Magnatum, Dynastarum, & cæterorum* tàm *ex primoribus,* quàm *ex vulgo condecoratæ crebriores in usu fuisse deprehenduntur:* Regiomonti *quidem Processionis ritus hunc in modum institui solebat, qualis ex processione A. 1519 conspicitur: institutâ die Veneris ante medium Junii Quadragesimæ. Intererant tunc Pompæ illi Theatricæ duo* Episcopi, *Pomezaniensis J*[illegible]obus von Dobeneck/ & Georgius von Polentz *Episcopus*

Quartò in institutis Processionibus crebrioribus. Processio Regiomontana Anno 1519.

ſcopus Sambienſis: Marchio Albertus Dux Pruſſiæ, *tum temporis adhuc Magiſter Crucigerorum ſupremus*; Marchio VVilhelmus; Alberti *Ducis frater*; Erneſtus *vel* Ericus *Dux* Brunſuicenſis: *initium proceſsionis inſtitutum erat in templo Cathedrali* Cneiphoviano; *ex quo progreſſus factus in templum Palæopolitanum*; *inde in templum Divo* Nicolao *ſacrum in Lithoſtrato ſeu præurbio palæopolitano ſitum*; *porrò in templum Divæ* Magdalenæ, *quod eſſe jam deſiit, ſitum fuerat propè arcem, ubi locorum Moneta nunc cuditur: hinc in Templum* Arcis; *ex eo verò in Templum* S. Crucis; *quod etiam profanatum ac conflandis tormentis æneis, machinisq; bellicis deſtinatum prope portam Crucis nuncupatam*; *inde in Templum* Divæ Barbaræ; *poſtea in templum Monialium* B. Mariæ *ſacrum*; *quod hodieq; extat in* Xenodochio: *ex hoc in Templum* Spiritus Sancti, *quod hodie in uſus ſartorum & Lanionum ceſsiſſe in veteri oppido prope portam Lobnicenſem viſitur*: *deniq; regreſſus inde inſtitutus erat in templum ſummum*

mum seu Cathedrale Cneiphovianum: *ubi etiam actlui coronis erat imposita.*

De ΠΑΡΑΚΜΗ seu statu Declinationis, vel diminutionis religionis Papisticæ in hoc Ducatu.

Q*Vemadmodum morbi ex vitiosis humoribus oriundi, corpus humanum infestantes; suum habent initium incrementum; vel augmentum; fastigium, decrementum, vel declinationem, & tandem totalem exstirpationem ac desitionem: Pariter cum falsâ religione imprimis Papisticâ comparatum esse; testantur tùm aliarum regionum; in quibus religio Pontificia olim obtinuerat, annales; tùm maximè in hocce Ducatu vicißitudinis* partim *suprà enumerati;* partim *jam jam enumerandi gradus.*

Cæterum statꝰ inclinationis ad exterminium vel diminutionis religionis Romano-Catholicæ, in hocce Ducatu ex sequentibus indicantibus erit pensitandus:

Decremẽti religionis Pontificiæ indicia:

Primum *indicium* παρακμῆς *fuit* con-

Primum;

contemtus Decretorum Papalium. Urbani V. de repetendis decimis. Excommunicatio Vrbani V. ridetur à Crucigeris.

contemtus *edictorum*, *&* *decretorum* Papæ Romani: *Quem quidem à* Crucigeris *expertus est* Urbanus *V. misso Legato quodam* Cardinali *repetundarum decimarum gratiâ in Prußiâ: Ast* ArchiMagister *omnem pensionem inhibuit: de quo certior factus* Papa, *Ordinem diris devovit; & excommunicatione mulctavit ad 14. annorum intervallum; sed probro, & sannis habitus est ab omnibus. Inde factum, quod Imperator* Carolus IV. *contra Ordinem concitatus sit à* Papa *ad vindicandam ipsius contumaciam; & erga se inobedientiam: nilq; amplius tunc restabat; quàm Ordinis in Prußia oppugnatio; nisi intervenissent quorundam ex Germaniâ Principum consilia salubria & moderata; quibus auctores, & suasores erant Crucigeris, quò Cæsari quàm primùm reconciliarentur: quo facto* Papam *insuper muneribus placarent: id quod etiam ab iis præstitum; ita dirigente* Conrado von Jungingen *XXII.* ArchiMagistro *Prußiæ.*

Simile *quid accidit A. 1450. & sequent: sub* Ludovico von Erlingshausen:

sen: *Eo quippe tempore expedivit Legatum suum Papa* Nicolaus *V. Episcopum* Sylvensem (*vel juxta alios*, Portugalensem) *in* Prussiam *ad Ordinem Crucigerorum, ut & ad* Confœderatos Provinciæ, *fœdus eorum ac compactum mutuum annihilandi gratiâ: Id quod Pontifex attentavit* partim *in* Insula-Marianâ; partim Elbingæ *per legatum suum: sed frustrà; quippe reluctantibus confœderatis; qui insuper Pontificis* decretum annihilationis *suisq; deq; tulerunt; in nulloq; censu honoris habuerunt; tandemq; unanimibus votis, ac suffragiis in conventu* Torunensi *nuncio Ordinibus remisso, patrocinio, & jurisdictioni Regis* Poloniæ *sese submiserunt An. 1454. unde bellum* tredecim annorum *concitatum exarsit inter* Ordinem Crucigerorum, *& Regem* Poloniæ Casimirum: *in quo ex parte* Polonorum *occubuêre 85000; ex parte* Crucigerorum *verò 69300. militantium stipendiis; reliqui namq; innumeri milites passim extra castra & stationem suam exorbitantes, interemti his non accensentur.*

Annihilatio decretalis Nicolai V. Papæ à Prussis contemnitur.

De Heinrico Richtenberger *Prussiæ Generali Magistro perhibent annales, quod Papæ Sixti IV. decretis & regulis* parere detrectarit, *ac attentatis* Theodori de Cuba *Episcopi* Sambiensis *reluctatus fuerit: qua de re infra* p. seq.

Sixti IV. regulæ conculcantur.

Secundum, refrenatio potestatis Episcopalis.

Secundum signum παρακμὴν religionis Romano-Catholicæ indicans fuit refrenatio potestatis absolutæ Episcoporum Pontificiorum: *Experiri hanc necessum habuit Episcopus* Cujaviensis *Iohannes* Crapidola; *qui ex quorundam instinctu habitâ prolixiori oratione ad* Conradum von Jungingen *eidem suasor, & auctor esse voluit; quo* Polonis *bellum indiceret, ac inferret: Quâ oratione patienter auditâ, id responsi Magister Prussiæ commemoratus Episcopo, præmissâ acriori reprehensione, & increpatione, reposuit:* Indignum esse officio Episcopali consilium ejusmodi, cui si parendum; nil certius, quàm inde pauperies & egestas ad miseros Colonos redundaret; nec non sanguinis insontis largissima profusio foret expectanda. Scias ergo Domine Episcope, me pecto-

Episcopus Cujaviēsis livoris, & invidiæ arguitur.

pectoris tui lividi & invidi consilio nequaquam locum apud me relictu-rum, nec arma contra quemquam moturum.

Episcopus Sambiensis malè excipitur & tractatur.

Qualiter etiam exceptus fuerit Episcopus Sambiensis Theodorus de Cuba; *in Prussiam à Papa* Sixto IV. *missus ad occupandum Episcopatum* Sambiensem; *tum contra vota & suffragia* Generalis Prussiæ Magistri Henrici Richtenberger; *tùm* capituli *jura, & immunitates*; *ex annalibus quivis deprehendit. Cum namq; collectam ex indulgentiis & bonis Ecclesiasticis pecuniam circa 20120.* Marck *Papæ Romam transmittere secum constitueret Episcopus; monitus de intermittendo conatu insuper à Magistro Prussiæ, nihilominus in proposito pergeret; jussu Magistri commemorati inter edendum Episcopus captus, ac in arcem* Tapiaviensem *abductus; ibidem in tenebricoso laqueari inediâ consumtus, & exanimatus est A. 1474. cujus funus postea vestibus Episcopalibus indutum, in templumq;* Cneiphovianum *translatum, honorificè ibidem fuit sepultum. Id quod resci-*

rescíscens Pontifex Sixtus *cum indignatione in hæc verba erupisse fertur:* Deleatur pessima illa Crux: Maledictus enim Ordo, ubi Laicus regit Clerum.

Tertium indicium exagitatio Indulgentiarū.

Tertium *indicium* παρακμῆς *fuit* inhibitio & exagitatio *Indulgentiarum Papalium: Impetratas namq; indulgentias An. 1397. in templo* Dantiscano Divæ Elisabethæ *consecraneo, pro remittendâ culpâ, & pœnâ; multi exsibilarunt, & exagitarunt hæc & id genus alia dicteria ingeminantes:* Rom were jhnen nun hintern Offen kommen *h. e.* Romam adeò sibi vicinam factam esse, ut post fornacem adiri ac salutari posset.

Roma post fornacē.

Subditis autem suis peculiari promulgato interdicto ad indulgentias ejusmodi peregrinationes inhibuit Conradus von Junaingen. *Idem interdixit, ne quisquam suæ jurisdictioni subditorum* Neoburgum *versus indulgentiarum gratiâ pro culpâ & pæna impetrandarum tenderet.*

Quartum, sectæ

Quartum *indicans occurrit, grassatio sectarum variarum sub Papatu hisce*

in

in oris: Sextuplex *autem ordo secta-rum incolas Prutenicos infestasse depre-henditur.*

multifa-riè in Prussiâ grassantes, eæq; sextuplices.

Primus *ordo sectariorum in* Albis, *sub* VVernero von Vrseln *XIV. Generali Magistro Prussiæ: Extitit namq; tunc temporis singulare genus hominum albis palliis indutum, intertextâ S.* Andreæ *Cruce, eâq; viridi: jactitabant revelationes* Enthusiasticas, *præsertim de acquirendâ, & intercipiendâ Palæstinâ succurrentibus reliquis hunc in usum Christianis; multi in Germaniâ applausum eis dederunt; impensasq; copiosas & largas contulerunt; idem ut faceret Generalis Magister Prussiæ solicitabatur ab Imperii Principibus, & Dynastis; Sed prudentèr* tum *suppetias:* tùm *hospitium veteratoribus illis denegavit: paulò namq; post detecta fuit fraus Enthusiastarum istorum, sicq; fictitius ordo hicce confestim disparuit, ac disperiit.*

1. Secta in Albis Enthusiastica.

Hunc ordinem sectarium excepit secundo loco *Schisma* Monachorum Torunensium: *quorum quidam ordinis Bernhardini assertum ire non dubitabant:* Christum non fuisse in utero B. Vir-

2. Schisma Monachorum Torunensium, degestatio-

ne concepti Christi non in B. Virginis utero; sed corde.

B. Virginis gestatum post conceptionem sed in Corde: *Huic verò contradixit Dominicanus in monasterio Divi* Nicolai: *refutatis ipsius argumentis: Ille verò exceptionis loco exprobrat Dominicanis omnia ipsorum patrata in oculto flagitia à primordio ordinis hujus: Hinc oborto litigio, & tumultu Monachi omnes* S. Nicolai, *in exilium propulsi: ex intercessione Præfecti provincialis sedibus suis restituti sunt, sub* Henrico Dusnero *Prussiæ M. Generali circa A. 1345.*

3. secta Albigensium.

Tertius *ordo sectariorum fuit* Albigensium *sub* Conrado Tiberio von Wallenrodt *XXI. Crucigerorum Magistro Generali: Dux horum erat* Leander *quidam* Medic. Doct. *Galliâ extorris* Albigensium *secta addictus: multis in hoc Ducatu apostasiæ & defectionis causa fuit, ipsius attentata promovente seculari brachio: Clericis Papisticis sese nimium opposuerat, eosq; apud Generalem Magistrum Prussia exosos reddiderat. Provocatus verò ad Colloquium* Marienwerderense *cum Monachis instituendum, eoq; contendens, incidit in*

in lacunam argillaceam solito profundiorem aquâ repletam: in quâ etiam suffocatus interiit.

Quartus *ordo sectariorum fuit* VViclefistarum, *circa A. 1415. Hinc Generalis Prussiæ Magister* Michael Kuchmeister von Sternberg *indixit ejus rei gratiâ conventum* Braunsbergæ *Anno 1416. die* Circumcisionis: *ac promulgato edicto proscripsit hæresin* VViclefistarum, *inter* Crucigeros, *& ordinem* Civicum *frequentatam; cum additâ interminatione:* ne quis imposterum titulum Evangelici sibi arrogaret: sed potius audiret servus vel Minister Dei: *privavit etiam* VViclefistas *honestâ sepulturâ, eorum funera ex Cæmiteriis aliorum Christianorum excludendo: nec non in Prutenorum relegendo: insuper in deductione funeris deprehensos 30. marcis mulctavit.*

4. secta Wiclefistarum.

Quintus *ordo sectariorum erat* ~~Pauli~~ Johannis Tauleri *doctrinam profitentium, sub* Paulo Biliger von Rußdorff *Generali Prussiæ Magistro. Tales fuisse perhibentur* octodecim fratres *oborti ex ordine* Crucigerorum: *poscebant prædium*

5. Taulеristarum.

dium seu Villam Grunhoff *una cum quatuor pagis sibi deputari, ad observandum regulas* Tauleri, *quæ paßim in concionibus ipsius occurrunt: sed nil tale à superioribus adipisci potuerunt, nec tamen ordinem abjecerunt.*

6. *Essæorum, vel Pythagoreorum.*

Sextus *ordo insuper occurrit sectæ* Essæorum *ex parte, vel* Pythagoreorum *addictus: Etenim sub* Friderico Marchione Misniæ, *Generali Prußiæ M. conceßit huc ex* Bataviâ *mirabile genus hominum catervatim, confluens ex mæchanicis & reliquis otio indulgentibus nebulonibus; ac tum in Vrbe; tum in vicis oberrans: præfecto sibi* Duce Italo *quodam* Clerico: *Vestitus eorum erant stolæ candidæ duplo, vel triplo indutæ; incessus nudis pedibus, & aperto capite sive æstivo, sive brumali tempore: erant porrò portitores* parvæ ligneæ Crucis, *brachiis impositæ; Cibus eorum erat fructus arborum & plantarum v. g. poma, pyra, cærasa, nuces &c. piaculum verò incurrere credebatur quispiam edendo de cibo animalium quorumlibet. Sortiebantur peculiarem appellationem, ut audirent fratres* stolati; *vel* stoligeri

Kittel-

Kittelbrüder: *simulabant egregiam sanctitatem; cujus prætextu homines ad sibi benefaciendum allicebant undequaq;: ita ut nullus defectus deprehenderetur apud eos quâ cibum: quâ potum: à* Regiomontanis *civibus liberali fuerant excepti hospitio in* Horto Veteroppidano communi *aliquandiu.* Regiomonto *autem, &* Borussiâ *egressi; devenerunt in* Lithvaniam, *adeoq; ad Vrbem* VVilnam *usq; inde porrò peregrinationem suscepturi ad* Paganos Turcas, *& reliquos Gentiles, sed turbati in proposito à Littavicis dynastis denegato ipsis libero commeatu, & salvo conductu partim; partim, etiam interemti desierunt in vivis & rerum natura esse.*

Quintum indicium introductio particularis doctrinæ Evangelicæ.

Quintum & postremum *indicans signum inclinationem ad ruinam Religionis Romano-Catholicæ fuit* introductio *particularis in hunc Ducatum doctrinæ Evangelicæ operâ & ministerio B. Lutheri restauratæ. Quandoquidem divinâ providentiâ factum, quod Regimen hujus Ducatus ad* Marchionem Brandeburgensem Albertum *sit de-*

volutum sub illud tempus quo jubar Evangelii ex tenebris Papatus in Germaniâ promicare, ac illucescere capit. Electus quippe Generalis *Crucigerorum M. A. 1511. ab Imperii Principibus, in Prussiam comitatu 400. Equitum stipatus devenit A. 1512. die* Cœciliæ; *22. Novembr. Heic autem statim de recuperando Ducatu sub prædacessoribus suis abalienato, solicitus fuit; nec in* Div. Sigism. Regis Poloniæ *sententiam ire voluit; quò relictâ* Prussiâ, *eaq; ad Regem Poloniæ devolutâ;* Podoliam *jure hæreditario occuparet; sed omnem movere lapidem perrexit, ut cum subsidio Imperii, Dominus* Prussiæ *evaderet. Quamobrem A. 1518. cum Imperii Principibus in conventu* Berolinensi *pro salute, & felicitate hujus Ducatus ultrò citroq; consultaverat; secumq; certò constituerat aperto Marte universum Ducatum à Regiâ jurisdictione vindicare, sibiq; asserere & subjugare. De qua certior factus* Rex Poloniæ *bellum nostro Duci denunciat; A. 1519. 28.* Decembr. *quod etiam inauspicatò triennium fermè integrum arsit, cum ingenti*

Advento Ducis Alberti in Prussiam. A. 1512.

vitæ

vitæ fortunarumq; jacturâ colonorum hujus, ut & Masovitici *Ducatus; donec in medium veluti incendium prosiliret par Heroum incomparabilium*, Marchio Georgius *ex Franconiâ frater* Ducis Alberti *&* Fridericus Dux Lignicens. *ex* Silesiâ; *pacificationis & induciarum interponendarum gratiâ; quas etiam ad quadriennium impetrarunt ab A. 1521 usq; ad 1525. Intereà à proposito minimè desciscens* Dux Albertus *ad Principes Imperii confugit, ac in comitiis* Noribergensibus *αὐτοπροσώπως de suppetiis contra Regem* Poloniæ *eos compellat; sed re infectâ in* Prussiam *reversus Regi* Poloniæ *sese submittit; eiq; homagium præstat Anno 1525.*

Homagiũ Regi Poloniȩ prȩstitum. A. 1525.

Cæterùm dissidium illud inter Regem Poloniæ *& Ducem* Albertum *cum* inclinatione *ad ruinam Papisticæ religionis erat evidentissimè conjunctum: Siquidem* Primò *ab ipso belli illius auspicio nullæ* processiones *amplius in Ducatu hocce institutæ occurrunt:* Ultima *processio solemnis instituebatur A. 1519. quæ suprà a nobis fuit*

1. Ultima processio Papalis Regiomonti. p: 61.

commemorata; hanc verò nulla ulterior excepit.

2. Cōversio utriusque Episcopi à Papatu ad fidem Evāgelicam.

Deinde *circa Annum 1527. sequ: uterq;* Episcopus *tàm* Sambiensis; Georgius *à Polents I. V. Licent: tùm* Pomezaniensis Erhardus Queis *agnito errore Papistico; doctrinam Evangelii proximè videl. ab A. 1517. VVitebergæ repurgatam & restauratam amplexi sunt.*

3. Mutatio formulæ Regiminis.

Tertio *Prussiæ M. Generalis* Albertus *de mutando statu, & formulâ regiminis sui cogitare cœpit; idq; ex* consilio B. Lutheri; *siquidem inter peregrè proficiscendum usq;* Noribergam *versus, Dux* Albertus Lutherum *salutavit, ab eoq; uti de reliquis doctrinæ Evangelicæ capitibus; ita de mutatione status instituendâ, ut &* de reformatione universali introducendâ *informatus fuit. Hinc illa B.* Lutheri *Epistola* an die Herren Deutsches Ordens / daß Sie falsche Keuscheit meiden / vnd zur rechten Ehrlichen Keuscheit greiffen; *extat* Tom. 2. Jenens. German. *fol. 192. sequ.*

4. Voca-

Quartò *mittebantur ex postulato* Ducis

Ducis Alberti *à B.* Luthero Theologi Orthodoxæ religioni *addicti: Huic A. 1523. in* Prussiam *missi D.* Breismannus *&* Amandus: *quorum hic* primam *concionem Evangelicam habuit in templo* Veteris Oppidi *ejusd. A. dom. 1. Adventus: postmodum verò à Senatu illius Oppidi ob acriores conciones; quibus enormia eorum delicta taxabat, in exilium pulsus est.* Breismannus *verò primam habuit Evangelicam* concionem *A. 1523. 27. septemb. in templo* Cathedrali Cneiphoviano *ac postea defuncto* Georgio *à* Polents *in Episcopatu* Sambiensi *successit; ac vixit usq; ad A. 1549. ejusdem namq; die* 1. Octobr. *mortuus in commemorato templo sepultus est.*

tio Theologorum orthodoxorum in Prussiam.

Prima concio Evãgelica Regiomonti A. 1523. habita à Breismanno 27. Septembr. ab Amãdo 1. Dom Adventus.

Quintò Paulus Speratus *A. 1524. in Prussiam missus, idololatrica simulacra ex templo* Cneiphoviano *à pueris, & mechanicis deturbari, & exterminari permisit die Martis* post Dominic. Invocavit: *posteaq;* Erhardo Queis *A. 1529. lue sudoriferâ cum ex Comitiis* Regiomontanis *domum reverteretur,*

5. Exterminatio Idololatricorum simulacrorum. A. 1524.

in itinere extincta; in Episcopatu Pomezaniensi *successit.*

6. Fuga Monachorum ex Cœnobiis A. 1524.

Sextò Monachi *alias fratres* Bullati *dicti ex* Cœnobio, *A. 1517. sumtibus* Claræ *cujusdam* Doctorissæ, & Johannis Schonberg *fundato; Spontè suâ profugerunt, ac Regiomonti Valedicto aliorsùm sese receperunt die* Martis feriâ ultim: Paschatos *A. 1524;*

Atq; hæc etiam fuerunt inclinationis *ad ruinam religionis Romano-Catholicæ signa, & manifesta indicia: superest, ut aliquid de ipsa πανολεθρίᾳ, & totali exterminio Idolomaniæ Papisticæ addamus:*

De πανολεθρίᾳ, seu totali exterminio religionis Romano-Catholicæ ex Ducatu Prutenico.

PRæstito *Homagio Dux* Albertus *beatissimæ recordationis Divo* Sigismundo Poloniæ Regi *A. 1525. simul ordinem pristinum* hermaphroditicū *Crucigerorum commutavit in Regiminis*

nis Politici formam Ducalem; deposito Schemate unâ cum insignibus Crucigerorum, *frustrà reclamantibus & protestantibus reliquis ex hoc Ordine in Germaniâ: ex quorum insuper votis, & communibus suffragiis, in locum Ducis* Alberti, *Generalis Prussiæ Magister creatus fuit* Gualterus von Cronberg; *sed irrito & evanido prorsus successu: Duce* Alberto *fortiter stationem suam defendente; factiq; rationes exponente publicitus promulgato scripto ad status Imperii, se undequaq; desertum alias consilii rationes iniisse, sicq; Regi* Poloniæ *accedere necessum habuisse:* Deinde *reformationem universarum Ecclesiarum in hoc Ducatu à Papistico fermento instituit, eodem anno. 1.* Missas *Papales cum reliquo cultu Idololatrico abrogando; 2. Agendam* Ecclesiasticam *Ecclesiis præscribendo, qualis Anno 1525. prodiit auctoribus* Georgio *à Polents &* Erhardo Queis *Episcopis; 3. Ordinem* Ecclesiasticum, *eumq; concinnum & praxi primitivæ propè simillimum sanciendo; 4.* Cœnobia, *vel Monasteria in Xenodochia permutando;*

Reformatio totalis Papat9 in Prussia A. 1525.

 5. In-

5. Indulgentias *Papales, processiones; peregrinationes ad loca Sanctis ac Divis consecranea, proscribendo, inhibendo & prorsus exterminando: Vbi commemoratione dignum occurrit de destructione fani* ad Tiliam *exstructi ad quod peregrinationes indulgentiarum impetrandarum gratiâ; ut & recuperandæ valetudinis caussâ; ab undequaq; hominibus illuc cõfluentibus institui solebant: Nam quem locum, unà cum fano illo, in summo honore, & censu habuerat olim tenebris Papalibus obrutus Princeps noster; adeò ut pedester, discalceatus ac nudis pedibus Regiomonto ad illam* Tiliam *peregrinationem quodam tempore instituerit: ejusdem fanum non modò diruit, ac solo æquavit; verùm etiam sub* multâ patibuli *peregrinationem subditis suis illuc interdixit: hocq; pœnæ genere inobedientes, ac contumaces* Idololatras, *in hoc Ducatu quotquot ad locum illum cultus gratiâ devenisse deprehendebantur affecit; adeoq;* suspendio *puniri curavit: uti annales perhibent.*

p. 56.

Fani ad Tiliam Idololatricam destructio; Peregrinationis ad illum locum sub multâ suspẽdii inhibitio.

6. *Præconium orthodoxæ, ejusq; repurgatæ religionis in universas Ecclesias introdu-*

troducendo; 7. Honorabile conjugium Ministris Ecclesiæ restituendo; 8. Matrimonium *contrahendo cum* Inclytâ *Dorotheâ, serenissimi* Regis Daniæ filiâ *A. 1527. 9. Modum, formulamq; docendi, vivendi, nec non omnia rectè curandi promulgando* A. 1530. *in præfatione constitutionis* Synodalis Georgio *à* Polents, Sambiensi, *&* Paulo Sperato Pomezaniensi Episcopis Præsidibus, *die* Magorum: *ubi observationem inprimis meretur; nullam aliam in præscripto illo Orthodoxè credendi, & pie vivendi Normam pensi fuisse habitam præter* unicam, *ac* solam scripturam S. *explosis ac rejectis* humanis placitis, *&* traditionibus: *quam in sententiam verba sequentia §.* sunt autem *&c. sonant:* sunt autem omnia non levi operâ procurata; *aut* humanis placitis consarcinata; verùm Ubiq;, ut clarè constat, viam monstravit Dux, atq; moderatrix Scriptura Sacra: quo fit concordia in Ecclesiæ Sacramentis; repugnantia nulla in doctrinâ; *sed* per omnia consensus in omnibus. *Dignum &* hoc

Sola scriptura S. Norma rectè credendi, & piè vivendi.

hoc commemoratione; quantâ reverentiâ tùm *res sacras*; tùm *ordinem Ecclesiasticum prosecutus fuerit piißimus* Dux *noster: quando telam præfationis suæ hunc in modum inter alia pertexit:* Itaq; quemadmodum quidam Clarissimi Imperatores, atq; Principes, posito Diademate, unâ cum Paludamento haud erubuerunt submittere sese auctoritati Episcoporum; censuram non respuere; in Ecclesiæ placita jurare; subjectum populum ad paria officia vocare: Sic nos quoq; licet potentiâ inferiores; non minori tamen reverentiâ habere volumus auctoritatem nostrorum Episcoporum, atq; doctrinæ divinis Verbis comprobatæ. Hoc enim nisi fiat; hoc est, ut divina habeantur pro divinis; illisq; volentes pareamus, & humana contineamus intra suos terminos; neq; apud nos unquam; neq; alibi constabit genuina illa pax, quam à Deo petimus Christiani. *Porrò in commemorato illo rituali Ecclesiastico de sequentibus doctrinæ capitibus tractatur. 1.* De vocatione *Ministrorum*

Pietas Ducis Alberti.

Agendæ

rum ad Munus Ecclesiasticum; *cujus partes toti Ecclesiæ deferuntur contra Pontificios.* 2. *De* Verbo Dei *ac in specie de Lege, & Evangelio nec non de utriusq; discrimine*; 3. *De utriusque* Effectis; 4. *De lege* Naturæ; 5. *De lege* scriptâ. 6. *De* vi legis; 7. *De* Pœnitentiâ: 8. *De* Fide: 9. *De* Cœnâ Domini *sub utrâq; specie administrandâ:* 10. *De* Baptismo, *ejusq;* definitione, usu, fine & Efficaciâ: *ex* Catechesi B. Lutheri: *Agitur heic etiam de* Gynæcobaptismo; *ac mulieribus in casu necessitatis baptizaturis* modus, *vel* formula *præscribitur:* Deinde *baptisma tale pro rato habetur:* Insuper *de* patrinis: Deniq; *de* Exorcismo, & Exsufflatione. 11. *De* Matrimonio; *ejusq;* Efficiente, dignitate & usu. 10. Augustanam Confessionem *Carolo V. Imperatori A. 1530. in comitiis Augustanis exhibitam, seu libellum Symbolicum recipiendo, & cunctis hujus Ducatus Ecclesiis recipiendum injungendo sub interminatione Excommunicationis p ut Cautela habet* im Bischöfflichen *Decretis:* Welche auff befehlich

Ecclesiasticæ capita A. 1530.

fehlich Fr. Durchl. selbst gestellet: das wer etwas wieder die Augspurgische *Confeßion* lehren würde/ der soll *excommuniciret* sein/ vnd wo Er nicht wiederrufft/aus der Kirchen gantz verworffen werdē.
Exstirpatâ igitur divinâ sic imperante, & dirigente providentiâ, religione Romano-Catholicâ; dißipatisq; densißimis errorum Papisticorum tenebris, Lux Evangelii augusto jubare universis hujus incluti Ducatus Colonis affulsit; eosq; divino munere, usq; ad præsens seculum collustravit: accedente tunc temporis simul gemino *splendore*; unum *conciliabat* Regimen Ecclesiasticum *egregiè constitutum, præstitutis* duobus Episcopis, Sambiensi, & Pomezaniensi: alterum *verò* fundatio & *erectio* Academiæ Regiomontanæ *ad ejusq; profeßiones, vocatio undequaq; virorum doctißimorum & celeberrimorum, nec ulli religioni nisi* Augustanæ Confeßioni *addictorum A. 1544. Vbi tamen haud dißimulandum. Principem tenebrarum multoties, luci Evangelicæ te-*

tricas

tricas tenebras schismatum offundere; variarumq; hæresium cœno ipsius nitorem conspurcare ac decolorare sategisse: emissis satellitibus suis, iisq; partim Simoniâ *arte; partim aperto Ecclesiæ nocendi studio instructis, & armatis. Prodierunt namq; Spiritu Vertiginis inebriati in perniciem Ecclesiæ hujus Ducatus* partim Anabaptistæ; partim AntiTrinitarii; partim *aperti* Sacramentarii; partim Osiandristæ; partim Stancaristæ; partim Flaciani; partim Crypto-Calvinistæ; partim *deniq;* Synergistæ, *ac* Interimistæ: *De singulis in specie aliquid erit monendum, in morem προηγουμένων propiorum: præcipuè verò ac primo loco de* Anabaptistis, *de* Osiandristis, *de* Stancaristis, *de* Crypto-Calvinianis: *Horum namq; Schismata & hæreses erant προηγούμενα* Corporis *nostræ Doctrinæ ἐσωτικὰ hoc est,* domestica; *quippe in gremio hujus Ducatus agitata; reliquorum verò erant ἐξωτικὰ extra limites hujus provinciæ vagata, & Ecclesias affligentia: ideoq; postremum occupabunt locum.*

III. προηγούμενον Religio Anabaptistica, & Sacramentaria.

TERTIUM, igitur, Corporis Doctrinæ harum Ecclesiarum προηγούμενον idq́; in ordine propriorum antecedentium primum fuit, Religio Anabaptistica, & Sacramentaria, vel Zwingliana.

Circa illud in auspicatum tempus, quo furor Anabaptistarum Germaniæ colonias miserum in modum divexabat, nec nostra Prussia ab eodem penitus immunis, liberave perstiterat. Anno quippe 1525. furoris ejusmodi semina, Veritatis, pacisq́; hostis, per quosdam Enthusiastas sparsit, eaq́; ad culmum, ac frugem perniciosam deducere attentavit; nisi in prima veluti herbâ suppressa fuissent. Fascinavit nimirum Satanas quendam ex vulgi fece Molitorem Caymensem; cui ceu parastatæ suo in somniis apparere consueverat in formâ spectati Viri, persuadentisq́; ut auctor & suasor extaret rusticis, ne amplius vel Magistratui subsint; vel ordines consuetos recognoscant: Id quod etiam præstitit; adeò, ut circiter 3000. rusticorum agminatim contra Magistratum, & ordinem Equestrem insurrexerint; eosq́; vi opprimere

Rustici Caymenses rebelles.

conati

conati fuerint; nisi, Regiomontani in medium veluti tumultum prodiissent, rusticorum furorem delinii ssent; & nisi vel maximè Pater patriæ Dux Albertus Cracoviâ, *post præstitum homagium quasi* ἀπὸ μηχανῆς *redux supervenisset; præsensq; remedium turbis attulisset.*

Aleam sic jactam non ex animi sententia cecidisse indoluit Satanas, ideoq; iterato conatu institit, novumq; manipulum nebulonum Anabaptisticorum, quibus ex parte permixti erant Sacramentarii, *hasce in oras protrusit, qui circa A. 1532. in hocce Ducatu oberrantes, perquam plurimos in errorum præcipitia à veritatis tramite abreptos, in nassam suam pertraxerunt, hocq; pacto vulnus Ecclesiæ adhuc tenellæ ac subolescenti exitiosum inflixerunt; adeò ut consilii caussâ ad B.* Lutherum *scribere coactus fuerit Illustriss. Dux noster* Albertus *p. m. à quo etiam responsum Zelo & Spiritu Divino plenum, idq; typis descriptum nactus: quod postmodum* Tomo V. Jenens. Germanic. *fol. 488. sequ. insertum deprehenditur sub titulo:* Sendbrieffe *D. M. L.* wieder etliche Rotten-

B. Lutheri Consilium contra Sacramentarios, & Anabaptistas.

Rottengeister *An.* 1532. an den durchlauchtigen / Hochgebornen Fürsten / vnd Herren / Herren Albrechten / Marggraffen zu Brandenburg in Preussen etc. Hertzogen. *Ex quibus quidem litteris colligere est, agitatam ab Hæreticis illis fuisse controversiam de* Cœna Domini; *imprimis verò de* præsentiâ corporis & sanguinis Christi reali, *ac* substantiali: *nec non de* orali manducatione corporis; ac bibitione sanguinis Christi; *quam Anabaptistæ cum Sacramentariis impugnabant, confugientes ad caput 6.* Johann: *in quo sedem hujus articuli figebant; sed solidè à B. Luthero in illâ Epistola refutati; propositâ in medium dextrâ, eâq; genuinâ capitis Iohannei interpretatione: nec non adjectâ sub calcem Epistolæ gravi dehortatione, quò fanaticorum ejusmodi, & Sacramentariorum commercium vel consortium ceu angue & cane pejus fugiatur. Formalia illius adhortationis planè emphatica talia leguntur:* Derhalben vermahne ich vnd bitte E. F. G. wolt solche Leute meiden/

den/ vnd sie im Lande ja nicht leiden / nach dem Rath *D. Pauli*, vnd des H. Geistes droben angezeuget. Denn E. F. Gn. müssen bedencken / Wo sie solche Rottengeister würden zulassen/ vnd leiden; So sie es doch wehren/ vnd vorkommen können/ würden sie jhr gewissen grewlich beschweren vnd vieleicht nimmermehr wiederstillen können / nicht allein der Seelen halben / die dardurch verführet vnd verdampt würden: Welche E. F. G. wol hette können erhalten/ Sondern auch der gantzen H. Kirchen halben / wieder welcher / so lang hergebrachten / vnnd allenthalben gehalten Glauben/ vnd eintrechtig zeugnüß etwas zulehren gestatten. So mans wol könte wehren / ein vnträgliche last ist des gewissens. Ich wolte lieber nicht allein aller Rottengeister / Sondern aller Keyser / Könige vnd Fürsten weißheit / vnd Recht / wieder mich lassen zeugen; denn

ein *Iota*, oder ein tittel der gan-
tzen heiligen Christlichen Kir-
chen wieder mich hören oder se-
hen. Denn es ist ja nicht so zu
schertzen mit Artickeln des Glau-
bens von anfang her/ vnnd s
weit die Christenheit ist/ein trech-
tiglich gehalten/ wie man scher-
tzen mag mit Bäpstlichen ode
Keyserlichen Rechten/ oder an-
dern Menschen *Tradition* de
Väter/ oder *Concilien &c. Consil*
huic quippe sanctissimo, morem gess
Dux Albert: *ideoq; Anabaptistis, e*
Sacramentariis aquâ & igni interdix
in hoc Ducatu; prævio tamen, ne hab-
rent, de quo ceu inauditi damnati, pr-
scriptiq; essent, conquererentur, colloqu
Rastenburgi *indicto, ac inter nostros*
partemq; adversam instituto: certis a
actum colloquii vel disputationis utrin
deputatis; ex nostrâ quidem parte Pau-
lo Sperato & Polyandro; *ex advers*
verò Eccelio, & Taukero: *ubi inte*
coll.

Colloquium Rastenburgense, inter Collocutores Lutheran.

colloquendum adversarii non solum sa-
pis auditi cum Anabaptistis Sacramen-
tarii fuerunt; verum etiam ex verbo
Dei confutatis eorum argumentis par-
tim confusi tacuerunt; partim verò in
contumaciâ perseverarunt; Quare et-
iam solum vertere coacti sunt A. 1532.

Paul. Sperat. Polyādr. & Sacramētarios; Anabaptistas. Ecceliū, & Taukerum.

QVARTVM προηγούμενον, idq; in
ordine propiorum ἔσω vel intus antece-
dentium secundum, fuit Schisma &
Certamen Osiandristicum. Sublato è
vivis B. Luthero non solùm universa
fermè Germania bello arsit Schmalcal
dico; verùm etiam dispendium religio-
nis perpeti necessum habuit, projecto in
medium Ecclesiæ proscenium σφογγώδει
illo Interim magis cothurno ambiguo,
quàm hypotyposi sanorum verborum si-
mili: Quod insuper orthodoxarum Ec-
clesiarum ministris pro Normâ docendi
obtrudebatur; idq; sub peremptoriâ ne-
cessitate; ut qui ei contranixi adeóque
aspernati Chimæram illam Metaxycam
fuerint; statione suâ removerentur.
Subolfaciens rebus etiam suis de futuro
inde asperiorem certo sortem Osiander
tùm Ecclesiastes Noribergensis, statio-

IV. Schisma Osiandri. Lúcæ Lossioris

Osiander Noribergi secedit.

ne suâ desertâ Uratislaviam concessit ibidemq́ aliquandiu substitit; donec Illustrißimo nostro p. m. Duci Alberto viam sternente M. Funccio, (qui officio Pastoratus Palæopolitani apud Regiomontanos jam fungebatur) innotesceret. Nactus igitur vocationem tùm ad primariam professionem Theologicam Academicam; tùm ad Pastoratum Palæopolitanum Regiomonti, sponte cedente M. Funccio, ac ad munus concionatorium in Aulâ capessendum transeunte; Vratislaviâ Regiomontum versus devenit Osiander A. 1549. designatusq́ Ordinarius ac Primarius Professor juramentum præstitit Rectore Academiæ D. Johanne Placotomo, aliàs Bretschneider: spe ipsi simul factâ ab Illustriß. de successione in Episcopatu Sambiensi post fata Iohānis Brismanni. Cæterùm Osiander non uno, sed pluribus erroribus onustus, Ecclesias hujus Ducatus ab ipso sui adventus primordio turbare cæpit.

In Prussiā concedit. A. 1549.

Prima hæresis impingebat in Articulum de Pœnitentiâ: Etenim pro loco, uti moris est, Academico disputaturus,

Errores Osiandri.

1. De Pœnitentiâ.

in thesibus publicitus propositis negatum ivit: Fidem *esse* partem Pœnitentiç Veræ, *&* Christianæ: *An. 1549. 5. April. Antagonistas autem habuit* Osiander *inter reliquos M.* Matthiam Lauterwaldt Elbingensem: *is namq; non solum in ipso velitationis actu se se dogmati Osiandristico acriter opposuit; verùm etiam posterâ die propositiones contrarias publicitùs affixit; quibus demonstravit novitatem & peregrinitatem doctrinæ Osiandristicæ cum DEI Verbo, & consensu unanimi Theologorum è diametro pugnantem. Partes* Lauterwaldi *etiam in ipso disputationis actu suas fecit* Johannes Placotomus *Medic. D. easdem propugnabat M.* Fabianus Stofferus.

Antagonistæ Osiandri.

Hunc verò actum ceu multis modis inauspicatū excepit mirabilis tragœdia; Johanne Placotomo, *&* M. Stoffero *in exilium propulsis; quibusdam verò adolescentibus in carcerem conjectis, inq; eo aliquandiu detentis. Quod verò Professionis suæ auspicium ab hac materiâ fecerit* Osiander, *culpâ M.* Friderici Staphyli *etiam Theologiæ Professoris*

Relegatio Professorum.

M. Fridericus Staphylus indagator errorum Osiandri.

 factum

factum esse, perhibet M. Funccius, *in suâ* relatione Historicâ *de* Osiandrismo:

In multis namq; familiaribus colloquiis cum Staphylo *institutis ingenium suum erroneum prodidit* Osiander; *quo nomine etiam in suspicionem apud multos adductus, quod non recto pede incederet ad veritatem Evangelicam: nec prius eam diluere potuit, nisi habitâ publicitus disputatione: Qua verò tantum abfuit, quò expectationi multorum satisfaceret; quin etiam magis magisq; errorem errori accumularet.*

2. De imagine Dei. A. 1550.

Secunda *Hæresis* Osiandri *impingebat in Articulum de* imagine Dei. *Siquidem emisso in lucem publicam libello A. 1550. assertum ire non dubitabat 1.* Filium *Dei* non esse imaginem patris secundum divinam suam naturam. *2.* Christum secundum Humanam suam Naturam esse imaginem Dei: *Verba namq; illius libelli inter cætera sic habent:* Nisi Christus secundum humanam suam Naturam esset imago Dei; nullus alius vir, quicunq; tandem esset, posset dici

imago

imago Dei. 3. Imaginem DEI genuinam revera ante Christi incarnationem minimè extitisse. *ibid.* 4. *Homines* non tantum qua animam; *sed etiam* qua corpus ad imaginem Dei esse conditos. 5. Filium Dei eadem forma ac statura Patriarchis in V. T. apparuisse; qua postmodum natus ex Virgine Maria: *Vnde etiam dictum* Seraphin *h. e. pusionem fuisse. Atq; hunc libellum fuisse quasi prodromum quendam, aperti Certaminis* Osiandristici, *testatur D.* Morlinus *in* Historia Prutenica *de* Osiandrismo: *eum verò à nemine refutatum esse, nedum refutari posse gloriatur M.* Funccius *loco suprà citato.*

3. de Incarnatione Filii Dei.

Tertia hæresis Osiandri *impingebat in Articulum de* Incarnatione Filii Dei *contendendo. 1.* Filium DEI incarnandum fuisse, quantumvis homo non peccasset: *2.* Carnem Christi ex conditionibus naturalibus, non fuisse mortalem, *vel* languoribus obnoxiam *lib. d. imagin. 3.* Christum non potuisse fieri caput

Dominum, Principemq; Angelorum; nisi carnem assumsisset. *ibid.*

4. de Scriptura S.

Quarta Hæresis *impingebat in articulum de* scriptura *S.* vel Verbo Dei *siquidem sensu planè* Schwenkfeldiano Osiander *1. distinguebat Verbum Dei in* Internum *&* Externum: *2.* Externum *in* voce evanescente, *ac* scriptura, *ceu re* exanimi, *&* mortua *consistere:3.*Internum *verò ipsum* Filium DEI *esse prætendens: Hinc 4.* Verbum externum impropriè; Internum verò propriè Verbum DEI esse asserens; *ac proinde*, non illi; *sed* huic *omnem* vim *&* Efficaciam *deferendam esse, cum* Schwenkfeldio *nugabatur: adeò ut ambigere subeat; num dogma hocce fanaticum* Schwenkfeldio; *an verò potiùs* Osiandro *ceu auctori genuino acceptum sit ferendum. Erant quippe uterq;* σύγχρονοι *ac coætanei, uterq; fanatismum ejusmodi incrustare eodem tempore cæperunt, nimirum circa Ann. 1525.* Schwenkfeldius *quidem* partim *in* Silesia; partim *in* Germania *oberrando vicos, Compita & Nobiliores Vrbes:* Osiander *verò* Noriber-

Noribergæ *uti videre est ex aliquot tractatibus* Osiandri *olim Norbergæ conscriptis, ac in* Senatu Noribergensi *cum parte adversâ Pontificiorum dissertatis proximè antè reformationem Evangelicam*; partim *A. 1523.* partim *A. 1525. heic verò* Regiomonti *typis descriptis An. 1553. quorum* prior *hoc circumfertur, titulo*: Handlung eines Ersamen weisen Rahts zu Nurnberg mit jhren *prædicanten*: alter *verò*: Ein gut unterricht vnd getrewer Rahtschlag an einen Erbahren weisen Raht zu Nurnberg. *Ex quo quidem fanatismi cœno, quomodo eluctari possit M.* Rathmannus *Minister* Dantiscanus; *ipse viderit; quippe qui* Osiandri *tractatum posteriorem suum facere, ac ad stabiliendam suam opinionem approbare non sub dubitavit* im vngegründeten Bedencken *contra Dn. D.* Dietericum: *p. 127. Et adhuc quispiam dubitet M.* Rathmannum *esse* Schwenkfeldo-Osiandristã? *Neq; enim juvat eum diverticulum, ac si hoc scripti genus non* Osiandro; *sed toto Ministerio Noribergensi auctore, esset profectum: Hac enim in parte habet*

M. Rathmannus Osiandro Schwenkfeldianus.

bet contradicentem ipsummet Osiandrum in tractatu Regiom. A. 1554. 24. Ianuar. in lucem emisso, hocce cum titulo: Beweisung / daß Osiander vber die 30. Jahr allewege einerley von der Gerechtigkeit des Glaubens gehalten vnd gelehret habe. Ubi Osiander disertis verbis testatur, scriptum illud A. 1525. postmodum verò Regiomonti A. 1552. in lucem emissum, à se, in curiâ Noribergensi præsentibus 300. Senatoribus quatuor à manuensibus ad Calamum fuisse dictatum; à quorum uno Osiander protocolli exemplar impetratum totosq́ triginta annos reservatum demum heic Regiomonti publici juris fecit. Similia paradoxa inculcat Osiander in Confessione suâ Duci Prussiæ p. m. Alberto exhibitâ A. 1551. Lit. C. & G. de Verbo Interno & Externo.

5. de Spiritu S.

Quinta Hæresis impingebat in Articulum de Spiritu S. eundem per quandam qualitatem describendo im Getrewen Rathschlag de quo suprà: Quem errorem dudum ante nos in Synodo Naumburgensi observatum, damnatumq́ esse A. 1554. testatur Flac. Illyricus

ricus *in tractatu* von den fürnembsten vnd gröbsten Irthumben Osiandri an die Christen in Preussen *errore 31.*

6. de Justificatione.

Sexta *Hæresis* Osiandri *impingebat in Articulum* de Justificatione; *contendendo: 1. Iustitiam in hoc articulo, quæ sit ad salutem, & vitam æternam esse* probitatem, *in quâ & sub quâ omnes aliæ virtutes intelligantur & comprehendantur: ideoq; 2.* justiciam esse illud, quod justum inclinet, & moveat ad justè agendum, sine quo nec justus esse; nec justè agere possit: immò verò quo Christus Sanctissimam suam humanitatem justificant: *3.* Hanc justitiam esse ipsum Deum, *aut* Essentiam Dei: *4.* Christum secundum divinam tantum naturam esse nostram justiciam, *&* nullatenùs secundum humanam: *5.* Iustificare nil aliud esse, quàm reipsâ, aut ipso facto justum facere; justiciam influere; justiciam infundere; peccatum mortificare, expurgare, *&* prorsus delere. *6.* Formale justificationis consistere in habitatione essentialis Justiciæ Dei in nobis.

Hæc

Hæc & similia portenta defensum ibat Osiander *tùm in* Academiâ; *tùm in cætu* plebeio.

In Academiâ *quidem propositâ publicitus disputatione de hoc Themate A. 1550. 24.* Octobr. *idq; ex jussu Ducis* Alberti *p. m. apud quem* Osiander *denuò per literas à M.* Friderico Staphylo *ex* Germaniâ, *quò ad tempus, ob grassantem luem pestiferam secesserat, exaratas erroris hujus accusabatur: quem ille non tantum non emendavit; verùm etiam acerrimè propugnavit, in præsentiâ Illustrißimi; cui quidem errori vehementer sese opposuerunt in Academiâ nostrâ tum temporis theses propositas examinantes D* Melchior Isinderus *ut & Dn.* Martinus Chemnicius *illo tempore Bibliothecarius Illustrißimi, urgendo imputationem justiciæ Christi: sed loco responsionum, & solutionum Scommata, & invectivas acerbiores reportarunt, perhibente Dn.* Morlino *ceu teste oculari, & aurito illius disputationis: qui paucis ante diebus disputationem* Osiandri *anteverterat nimirum 13. septembr. in* Borussiam

deve-

deveniendo. Ac initio quidem Osiandrum apud multos excusabat Dn. Morlinus; quippe ab eo compellatus negabat, suam hanc fuisse sententiam, quod Christus tantum secundum Divinam suã naturam nostra esset Iusticia: donec progressu temporis, partim ex Osiandri; partim ex Funccii aulæ Concionatoris, homiliis diversum perciperet; adeò ut quâ hunc articulum Luthero Osiander à Funccio præferretur. Proinde post multas attentatas præmissasq; adhortationes cum Osiander pertinaciter in errore persisteret; Antagonistis ejusdem idq; non nisi septimo demum mense, Dn.[a] Morlinus sese una cum Dn.[b] Veneto adjunxit; caussæq; divinæ pio zelo usq; ad vitæ discrimen exiliiq; miseriam patrocinari non exhorruit, una cum paulò ante commemoratis, quibus etiam accesserat M. Fridericus Staphylus redux ex Germaniâ; M. Johannes Tetzelius Funccii Collega; M. Johannes VVislingus Hebr. linguæ Profess. M. Bartholom. VVagnerus, Johannes Hoppius &c. Caterùm non nisi trium nomine, scripta adversus dogma Osian-

Dn. Morlini advẽtus in Prussiam.

item D. Veneti.

a. inf. p. 107. 109.
b. infra p. 173.

Osiandri prodiisse deprehenduntur; videlicet Dn. Morlini, Georgi Veneti; & Petri Hegemonis; *quorum* ille *officio Pastoratus apud* Cneiphovianos; *hi verò munere* Professorio Theologico *in Academiâ fungebantur.*

Quis autem processus in continuando hocce funesto Certamine, eoq; sopiendo, fuerit observatus; prolixè annotavit Dn. Morlinus *in Historiâ Prutenicâ; ubi* octuplicem *processum recenset, usq; ad suum exilium: unde etiam à lectore Historiæ studioso peti poterit. Videatur etiam* das Fürstliche Außschreiben *A. 1553. Arsit verò certamen hocce vivente* Osiandro *in tertium fermè annum: Fatis namq; concessit Osiander A. 1552. 17. Octobris. Porrò durante* Schismate, *plurima à parte utraq; prodierunt scripta: Auctore* Osiandro *quidem pro stabiliendâ sententia suâ: præter disputationem commemoratam, ut & confeßionem; lucem aspexit publicam;* Bekentnüß von dem Einigen Mittler Jesu Christo / vnd Rechtfertigung des Glaubens *ad Ducem* Albertum *p. m. A. 1551. 8. septembr. Testi-*

Octuplex processus in certamine Osiandri.

Scripta Osiandr.

monia

monia B. Lutheri *de justificatione Fidei*, *Regiom. A.* 1551. 21. *Martii* Bericht vnd trostschrifft an Ern Georgium Besold *Ministrum Noribergens. Eccles. Xenodochial: Regiom. A.* 1551. 20. *Septembr.* Beweisung daß Osiander vber die 30. Jahr allewege einerley von der Gerechtigkeit des Glaubens gehalten vnd gelehret habe. *Regiom. A.* 1552. 24. *Ianuarii.* Wiederlegung *Responsi* ♁. *M.* Bugenhagii, & Johann. Forsteri Regiom. *Ann.* 1552. 21. *April.* Schmeckbier *Regiom. A.* 1552. 24. *Iunii*, Wieder den Tittel auff *D. Morlins* Buch von der Rechtfertigung des Glaubens *Regiom. A.* 1552. 28. *Maii.* Ein Sendbrieff an einen guten Freund von *D. Morlins* Predigt/ *Regiom. A.* 1552. 11. *Iunii.* Wieder die Nachtraben *Regiom. A.* 1552. 10. *Ianuar.* Bekentnüß einer Christlichen Person von Christi Leiden/ Sterben/ vnd gantzem gehorsam Gebetweise *A.* 1552. 21. *Maii. Huc spectant plurimæ conciones, partim adhuc superstite, partim defuncto Osiandro typis excusæ. Ex parte Orthodoxorum non tam* θυλακῷ, ἀλλὰ μέτρῳ *non thorno;*

sed

Scripta Anti Osiandristica.

sed horreo sparsa adversus Osiandrum transmissa in Prussiã fuerant ex Germaniâ scripta: in Prussiâ etiam prodiit Confutatio Confessionis Osiandristicæ, *auctore Dn.* Morlino, *cui subscripsere Dn.* Venetus *pro tempore Magnif. Academ. & Petrus* Hegemon *D. Theolog. Profess. A. 1552. 25. Maii.*

Theologor. Wurtembergiacorũ scriptum palliativum erroris Osiandri.

Inter exteros primi *hoc in negotio requisiti* Theologi VVurtembergiaci *An. 1551. 5. Octobr. scriptum tale concinnatum huc transmiserunt; quo errori Osiandristico* palliatio *potiùs, quàm* confutatio *conciliabatur, omni controversiæ momento in inanem λογομαχίαν transformato 5. Decemb. An. 1551. ad* Ducem VVurtemberg. Christophorum. *Proinde satisfieri neutri parti eo ipso potuit: Nam &* Osiander *ipsemet, ipsiusq; Antagonistæ, utpote Dn.* Morlin. *cum* Veneto, *&* Hegemundo *solemniter contra sententiam VVurtembergiacorum protestabantur; disceptari utrinq; non de Cephæplumii ceu re evanidâ; sed de fundamentali articulo fidei. A. 1552. 9. Febr. Hinc denuò dilucidioris responsi gratiâ solicitati*

Primum.

Secundũ.

sitati Theolog. VVurtembergiaci Anno 1552. 26. Febr. non absimile priori suppeditarunt, esse videlicet duntaxat bellum Grammaticale, quod neutri parti nicquam officiat: 1. Iunii An. 1552. Id quod nequaquam Theologi Prutenici acceptarunt; Sed Osiandri dogma haereseos magis magisq; arguere non dubitarunt; uti habet responsum singulorum ad Illustriss. Ducem Prussiae Albertum: Morlini quidem ejusd. Anno 1552. 11. August. ut & 17. Veneti 14. Augusti: 17. & 23. Hegemundi 13. August. ut & 27. ac 1. septembr.

Contrarium demonstrantibus Theologis Prutenicis.

Christi ipsius Verbum est. Ioh. c. 6. ubi Christus carnem suam vocat panem vitæ. Iam quæro ex Lucifugâ : *num possit commodè propositionem hanc ad primum genus referre? Certè minimè poterit: In* primo *namq; clamitantibus* Calvinianis *subjectum tenetur esse* Persona, Christus *ipse : Heic verò ponitur* ejus Natura humana, *ut, ut non extra hypostasin filii Dei, adeoq; præsupposita persona totâ; ut sensus esse possit;* Christus juxta carnem, vel Humanam suam Naturam est panis vitæ *scil. ex unionis* gratiâ. Deinde *in* primo *Genere communicatio est* reciproca; *ut &* prædicatio *sive* divinarum *sive* humanarum *proprietatum de totâ personâ: Heic autem talis reciprocatio locum non habet. Nam uti rectè dico:* Caro Christi est omniscia, omnipotens, vivifica, *vel* panis vitæ, *ita impiè enunciarim:* Deitas Christi vel Christus secundum divinam Naturam est ignorans; impotens, mortalis, *quæ sunt humanæ Naturæ propriæ affectiones, seu conditiones.* Tertiò *in* primo *Genere particulæ sunt distincti-*

væ determinantes proprietates ex conditione cujusvis Naturæ, in Christo competentes V. g. Cum dicitur DEUS est passus: *intellige in carne; vel secundum Carnem; vel in assumtâ sua humanitate: Ast quando dicitur:* Caro Christi est vivifica, *omnipotens, adoranda; tunc alia determinatio huc particularum asciscenda, videlicet* causalis, *hoc sensu:* carni Christi axiomata illa omnia obtigisse ex Unionis gratiâ; *vel,* ob Unionem hypostaticam; *vel,* non ex naturalibus suis conditionibus; sed ex sublimiori principio, eoq; *infinito cum carne hypostaticè unito.*

Et hæc etiam de Tertio *communicationis genere sufficiant monita: alibi uberiùs sententiam nostram explicuimus de hoc* Themate; *in* Demonstratione problematis de donis verè infinitis, ac increatis carni à λόγῳ communicatis; *inq; ipsius* Vindiciis *contra* Saxium part. 2. sect. 3. *Quò etiam lectorem benevolum remitto.*

Objectiones Sacramentariæ.

Quæ objectionis loco addit Lucifuga, *nullius momenti sunt; utpote:*

1. *I. De* proprietatibus naturalibus, *humanæ Christi Naturæ, quasi hæ cum donis infinitis à λόγῳ communicatis pugnent, easq́ evertant: cum neutrum inde sequi oporteat:* subordinata namque non pugnant; Deinde *heic non quæri de naturalibus humanæ Naturæ conditionibus, & proprietatibus; sed quid illa donorum infinitorum aliunde h.e. à λογῳ ob unionem hypostaticam acceperit?*

2. *II. Ex* Damasceno, *quem perperam huc citat: certum quippe est: Vnam eandemq́ naturam non esse capacem, vel participem contrariarum Conditionum finitæ & infinitæ, mortalis ac immortalis, intellige ex proprietate sua naturali.*

Reliqua ex Luthero *allegata; de Vbiquitate dudum expedijt* Dn. Hutterus *in Concordia Concorde contra* Hospinianum, *& alii nostrates passim. Hactenus de primo Errore.*

II. De discrimine Veteris & Novi Testam.

SECVNDO Agenda illa suspecta impingit in articulum de discrimine Veteris & Novi Testamenti: *Nam 1. nullam facit mentionem discriminis* ratione Sacramentorum *V. & Nov. Testa-*

Testamenti 2. *differentiam solummodò collocat in* nativitate; passione; morte & resurrectione Christi; 3. *Missionem* Spiritus S statuit Novo Testamento esse propriam *cum* Photinianis: 4. Initium Regni Christi ad Tempus Novi Testamenti *restringit: cum aliàs Christi regnum sit æternum:* 5. Regenerationem *ac instaurationem nostri ad Novum Testamentum refert; quæ tamen communis est cum hominibus* in Vet. Testamento. 6. Regnum Christi, *inquit, visum esse ab Apostolis tempore ascensionis in cœlos, & Pentecostes in missione Spiritus S. visibili; contra naturam & proprietatem Regni Christi* potentiæ, gratiæ & gloriæ; *uti in Disputat: 1. thes. 9. proœmiali demonstratum.* p.495.

III. De Bonis operibus.

TERTIO impingit in articulum de Bonis operibus *pag: 25. argument: IV. contendendo:* Bona opera esse necessaria ad nostri conservationem in Gratiâ DEI, & justiciâ Fidei; adeóque ad conservandam DEI gratiam & justificationem Fidei. *Sic namq; ha- habent verba:* damit Wir in der

Gnade GOttes/ und Gerechtigkei des Glaubens erhalten werden/ *sensu per omnia* Papistico, *&* Calvinistico.

Deinde, *argumento VII.* Bonis operibus adscribit acquisitionem benedictionis *non tantùm* corporalis *vel* temporalis; *sed etiam* spiritualis; *adeoq; constituit Bona opera meritoria bonorum spiritualium; etiam sensu* Papistico, *&* Photiniano.

IV. De Pœnitentiâ.

QVARTO impingit in Articulum de Pœnitentiâ; tres *ejusdem* partes *statuendo videlicet* 1. Contritionem, 2. Fidem, *&* 3. Novam obedientiam. *pag: 31, 32.*

V. De Justificatione.

QVINTO circa Articulum de Justificatione, *nude solummodò thesin proponit; non damnatâ* Antithesi Osiandristicâ: *Id quod tamen illo præsertim tempore omnium necessarium fuerat.*

VI. De Viribus humanis in negotio conversionis.

SEXTO accusatus fuit Aurifaber Synergismi *à* Benedicto Morgenstern *A. 1566: quem quidem in Agendâ incrustasse deprehenditur artic: de* viribus Lib. arbitrii.

Et hactenus quidem demonstravimus errores in fidei palmaria capita impingentes, eosq; in Agendâ *spuriâ A. 1558. occurrentes: quantoperè etiam impingat in* ritus *bono fine ab Ecclesiâ receptos; ex abrogatione Exorcismi ultrò patet: quoniam verò in* ultimâ Disputatione *hac de re sufficientèr egimus; heîc nil superaddendum ulterius ducimus.*

Quæ cum ita se habeant: judicet jam qui judicare potest, num verosimile sit, quod Lucifuga *de* Agendâ *præsenti pronunciare haud revereatur in Cartis pag: 2. sic scribens:* Wenn man solche KirchenOrdnung wird ansehen/ vnd in der Furcht GOttes betrachten: so wird sichs befinden/ **daß dieselbige in der Lehre vnd Ceremonien viel reiner vnd gesunder sey**; als das hernach außgegangene/ vnd jtzt allda in Kirchen gebräuchliche Corpus Doctrinæ, vnd daß die folgende gedancken nicht besser gewesen; sondern daß man nur weiter von der H. Schrifft

Errores Agendæ circa ritus Ecclesiasticos.

Schrifft/wie auch von der Augspurgischen Confession abgewichen.

Contrà 1. dogmata erronea in articulos fidei impingentia; libertatemq; Christianam petentia; sanæ doctrinæ nomine neutiquam venire possunt, uti quilibet colligere spontè potest: Talia verò hactenus in Agendâ Prutenica *demonstrata: utpote partìm* Sacramentaria; *partìm* Papistica; *partìm* Photinianica; *partìm multis modis* absurda; *partim* Majoristica, Interimistica, Hypocritica Crypto-Calvinistica & Osiandristica. *Ergo ista sanæ doctrinæ nomine venire haud poterunt: Et per Consequent: Agenda illa præferri* Corpori Doctrinæ Prutenico *non debet, nec potest. 2. Gravißimè accusari à* Lucifuga *non solum universæ* Provinciæ *&* Synodi *institutum: verùm etiam* piissimi Ducis Alberti *p. m.* præfationem, quâ libellum Exegeticum Corporis Doctrinæ *ornare non dubitavit: idq; vel præcipuè eo nomine, quod* Explicatio *illa ex* Scripturâ sacrâ, Augustanâ Confessione, & Scriptis B. Lutheri *unicè desumta sit: Iam ver*

Protervia Calvinistica.

verò Lucifuga *non erubescit mendacii arguere pro levissimo suo genio*; tùm Illustrissimi *assertionem, de* Corporis Prutenici sinceritate; tùm judicium de morbidâ illâ Agendâ, *utpote, quâ Ecclesiæ vulnera sanari nequaquam poterant: quî ergo sanis dogmatibus constabit?* tùm *deniq;* institutum universæ provinciæ, & totius ordinis Ecclesiastici.

Sed fruatur sanè suo genio, & ingenio; norunt per DEI gratiam nostræ Ecclesiæ, quo loco ejusmodi Calvinistici Spiritus περιπσμα, & evanidas accusationes habere debeant: Novum non est Calvinianis, perfrictâ fronte veritatem premere, summisq; encomiis muscerdam errorum suorum loco piperis venditare.

3. Si verum est, quod ait tenebrio Calvinianus; *verum etiam erit, quod* Bergius *in priori suâ valedictoriâ concione à principio statim in* Hypothesi *longè à* Scripturâ S. *& Augustanâ Confessione aberraverit; ideò, quia nihil diversum à* Corpore Doctrinæ Prutenico *docuisset: uti quidem; sed* falsissimè,

Vanitas Bergii.

simè, *gloriatur: Sic Ergo & Hypotyposis ipsius, non erit sanorum verborum; sed morbidorum? Damnat itaq;* Lucifuga Hypotyposin Bergii *quatenùs hic juxta Normam Corporis Prutenici se docuisse gloriatur (sed quam* falsò; *in* disputationibus *nostris passim demonstravimus.)*

Censura Agendæ Ecclesiasticæ A. 1558. reprobanda.

III. De censura Theologorum, *qualemnam reportavit* Agenda Prutenica, & *quantum ei tribuendum?*

Non adeò morari debet veritatis studiosos quod Lucifuga *censuras* Agendæ *Magnorum Virorum jactitet: Modo namq; sufficienter evicimus; perquàm plurimis erroribus* Agendam *istam scatere: ex abundanti nihilominus gratificabimur* Lucifugæ, *ac ostendemus:* Censuris illis *vel* parùm, *vel* prorsus nihil esse tribuendum.

Triplex Censura censetur.

Trium *autem Censuram censebimus; nempe* Philipp. *Mel. Deinde* Brentii; *& deniq;* Argentinensium.

Primum *enim quod* Phil. Melanchon.

thon censuram *attinet; eam suspectam pronunciare nulli dubitamus. Is namq; post fata* B. Lutheri, *id quod clanculùm, in vivis superstite* B. Luthero, *intus* erroris sacramentarii *fovebat; palàm huc atq; illuc spargere cœpit. Nec solùm* nostrates, *verùm etiam ipsimet* sacramentarii *plurimis evictum dedere documentis, Philipp. M. tum temporis* hæresi sacramentariæ *fuisse addictum.*

Phil. Melanthon. censura suspecta.

Philipp. Melanth. Sacramétarius.

Huc igitur faciunt 1. depravatio Aug. Confess. *articul. 10. deletâ damnatoriâ gentis* sacramentariæ *formulâ;* & improbant secus docentes. 2. Explicatio Verborum *1. Cor. 10.* panis est Κοινωνία *&c. sensu* Calvinistico *per participationem* spiritualem; *ut & 1. Cor. 11. Hoc poculum &c. per* Metonymiam *sacramentar: Item explicat: Coloss. c. 3. Christum esse* locatione corporali tantùm in cœlis, ac certo loco. *A. 1556.* 3. Epistola *ad* Fridericum *III.* Elect. Palat. *Mens. Septembr. A. 1559. à* Phil. Melanth. *exarata, in qua panis Eucharistici* κοινωνίαν *cum corpore Christi sensu* Spirituali *explicat:*

plicat : 2. Lutheri & Morlini *sententiam de cœnâ traducit* : 3. Heshusium *officio removendum esse, ob sententiam de* præsentia corporis Christi in Cœnâ *S. in medium consulit*. 4. Epistola *Phil.* Melanth. *ad* Calvinum An. 1554. 14. Octobr. *in quâ* ἀρτολατρείας *insimulat, quotquot præsentiam corporis & sanguinis Christi in cœnâ statuunt.* 5. Epistola *ad eundem* Calvin. *A. 1555. in quâ* Stolsium, & Nicolaum Gallum Lutheranos *exagitat* : audio, *inquiens* τὸν ὑπερήφανον, καὶ τὸν ἀλεκτρύωνα ἐν ὄχθῃ ἴστρου ποτάμου magnum volumen στηλιτευτικὸν contra me cudere: quod si edetur, decrevi respondere simpliciter, & sine ambiguitate.

6. *Epistola Ph. M.* ad D. Cratonem *A. 1560.* (*citante* Hospiniano) *vel 1559.* (*allegante* VVigando) *in quâ verba cœnæ*, Hoc est corpus meum; *explicat, per*, hoc est figura, *vel* signum Corporis mei.

7. Epistolæ *duæ* P. M. *ad* Bullingerum Calvinistam *exaratæ, quibus fatetur: se* sacramentariis *circa* c. 6. Johann. de Sacramentali manduca-

tione

tione, esse ὁμόψηφον: Lutheri; *insuper vehementiam carpit.*

8. Epistolæ *ad* Senatum Bremensem *A. 1557. & ad* Uratislaviensem *A. 1559. in eandem sententiam: ubi in litteris ad* Johannem Morenbergium *perstringit* Sarcerium, VVestphalum, Leonhardum Stockel: *ac suadet remotionem* Lutheranorum.

9. Testimonium Calvini *in aliquot scriptis adhuc vivente* Phil. Melanth. *in lucem editis; præsertim in* Alterâ Defensione *contra* VVestphalum; *nec non in* Ultimâ.

10. Actio Bremensis *inter* Hardenbergium, *&* Lutheranos *agitata, ubi* Phil. Mel. Hardenbergii *dogmati applausum dedit, compromissâ simul* παραστάσει *seu præsentis sui opitulatione, si opus fuisset A. 1556. & 1560.*

11. Attentatum *P. M. in* expungendo Sacramentarismo *ex* Catalogo Hæreticorum *auctoris* Petri Palladii Episcopi Roschildensis, *contra votum, & expectationem ejusdem.*

12. Testimonia *ipsorumet* Calvinianorum: *v. g.* Eberi *ad* Albertum

Hardenbergium *A. 1556. ubi detegit* arcanum *in sinu Ph. M. Sacramentarismum, seu* cunctationem; *ut ipsemet* Philippus *vocat.* Deinde Sturmii *in* Anti-Pappo Elenchomeno priore: Tertiò Hospiniani part. 2. Histor Sacram. p. 249. A.

13. Minæ *Ph. M. & machinationes de deserendâ statione* VVitebergensi *ad propalandum alibi* Sacramentarismum; *quas* Hospinianus *ex* Epistolis, *&* familiaribus *colloquiis* Phil Melanthon *collegit loco citato.*

14. Facta *Philipp. Mel. comprobantia* Philipp. Melanthonem Sacramentarium fuisse, *inde à tempore initæ cum* Helvetiis *concordiæ A. 1537* *1. ex amicissimis Epistolis Ph. M. a* Calvinum *ipsum, & alios* Calvinianos; *uti suprà monitum: 2. ex cult familiaritate &* amicitiâ *cum* Calvinianis: *3. ex* intercessione *pro salut* Ecclesiarum Calvinianarum *apu* Germaniæ Principes: *4. ex* adhortatione *typographi* VVormatiensi Crispini, *ut* Oecolampadii *opuscula & præcipuè in* Prophetas *in lucem ede*

ret

ret: 5. ex honorifica exceptione Johannis à Lasco in Poloniam redeuntis: 6. ex suasionibus, quibus multis studiosis VVitebergensibus auctor extiterat Ph. M. quò Tigurum, & Genevam se conferrent, ad sententiam de Sacramentis liquidò cognoscendam.

15. Confessio Hespiani p. 267. part. 2. Histor. sacram. f. B. conceptis verbis edisserit, Philippum Melanthonem à Lutheri sententiâ defecisse vid. marginal. d. l. quæ sic habent: Philippus deficiens à Lutheri sententiâ non à veritate defecit.

Philipp. Mel. Interimista.

Deinde, præter Sacramentariorum dogmata, approbabat tùm temporis Ph. M. etiam Interimistarum placita; qualia erant, de Synergia virium humanarum in primâ hominis Conversione; 2. de Necessitate Bonorum operum ad salutem; 3. de Adiaphoris; 4. de Evangelio, quod sit Concio pœnitentiæ, & id genus alia; ceu testantur Acta Synodica edita de Consilio, & sententiâ Phil. Melanth. ipsiusq; Collegarum A. 1559. excudente Georgio Rhaw VVitebergæ. Quantum igitur

Philipp. Melanthonis judicio, ac Censuræ sit tribuendum; ex hactenus in medium allatis liquidò patet.

II. Brentiana Cēsura mollis.

Johannis Brentii Censuram quod attinet, non dissimulamus eum ab initio certaminis Osiandristici aliquid humani passum fuisse, in eoq; semper fuisse, non qui Osiandri errorem damnaret; sed conciliationem, & Amnistiam utriq; parti suaderet; uti ex suprà dictis constat. p. 104. 122. seq.

Deinde Exemplar Dn. Brentio transmissum, ab eoq; recognitum, & repetitum multis in locis fuisse depravatum; mutatum, & adulteratum; expunctis iis quæ Orthodoxa, ac intermixtis, suppositisq; talibus, quæ heterodoxa fuerant, tùm ab Osiandristis; tùm Crypto Calvinianis; non solùm hoc nomine noxiis; sed etiam Illustrissimo Duci Alberto Friderico p. m. insidias struentibus: quâ de re inferiùs monendum. p. 228.

III. Censura Argentinensium evanida.

Insuper judicium & Censura Theologorum Argentinensium hac in parte neminem facilè moverit, qui modò faciem illius Ecclesiæ illo quidem tempore

peni-

penitiùs aliquantò contemplari voluerit. Docebant enim in eâ partim *ipse* Calvinus (*ubi etiam matrimonium contraxit cum Anabaptistæ cujusdam defuncti viduâ*) partim Calvinianorum *ac* Sacramentariorum Patriarchæ; *quales erant* Martinus Bucerus *usq;* ad annum 1548. Paulus Fagius, Petrus Martyr *ante abitum in* Angliam *& post reditum ex eâ A. 1556. donec à* Tigurinis *evocaretur*; VVolfgangus Capito, Zellinus *&c. usq; ad Annum 1562. quibus successit postea* Hieronymus Zanchius. *Vbi inter tot Theologos vix ullus alius præter* Marbachium *nominari poterit orthodoxus, ac sinceræ religioni addictus. Certiùs verò longè est, censuram* Agendæ *A. 1558. à pluribus illis h.e.* Calvinismum *profitentibus; quam ab unico* Lutheri *discipulo expetitam fuisse. Quamobrem apud nos aut parum, aut nihil fidei, & auctoritatis meretur.*

Introductio Agendæ in Ecclesias Prutenicas violenta.

IV. De introductione Agendæ Ecclesiasticæ *A.* 1558. Spuriæ *in Ecclesias* Prutenicas; *ut &* *de Contradictionibus adversus* Agendam, *directis.*

Introducta in Ecclesias Prutenicas Agenda suspecta ab Osiandristis, & præsertim à Iohanne Aurifabro *fuisse perhibetur A. 1559. vig. obtrusa* omnibus Pastoribus (*sic 14. Iulii ex tractu* Brandenburgico *omnes Pastores convocantur in* Uderwang *ad approbandam* Agendam *istam accedente serio* Illustriss. Mandato, *futuraq; in recusantes animadversione*) *quorum* quidam *præsertim* Crypto-Calviniani τοῖς ἀμφοῖν *obviisq; ulnis eam amplexi sunt Non defuerunt etiam* Quidam Neutrales *tùm temporis in utrumq; latus claudicantes Pastores; qui haud gravatim & citra ullam cunctationem* Agendæ *illi subscripserunt ita fatente* Aurifabr. *in Apologiâ circa vitam suam §. 3. &* contra Benedict, Morgenstern *ad st*...

Partium studia in statu Ecclesiastico, adeoque quatuor Pastorum classes.

tus Prussiæ *An.* 1566. *Quò referendi erunt Pastores ex tractu* Brandeburgico; *siquidem vix octo ex numero* viginti quatuor *contradicere Cothurno illi voluerunt; sed ceu pium legitimumq; librum receperunt.*

2 Quidam *adulatores cunctabundi; rem potiùs ex optione, & arbitrio Patronorum suorum suspendere maluerunt quàm vel verbulo animi sui sensa declarare.*

3 Quidam *insuper acriter sese ei opposuerunt ac contradixerunt; solemniter protestabundi, hac novatione, & conscientiam suam gravari, ac onerari; & offendiculum auditoribus præberi, quamobrem etiam officiis suis abire & exulare jubebantur.*

4 *Atq; in horum numero erat* Johannes Morgenstern, *ob ejusmodi piam contradictionem Officio* Pastoratus Gilgenburgensis *excussus*: es ist darumb geschehen/ *inquit* Aurifaber *in* Apologiâ *ad* status Prussiæ, daß er wieder diese Kirchenordnung geprediget.

Cum hoc faciebat Salomon Calachius *Paster* Schwanfeldensis *in tra-*

1. Crypto Calvinianorum adeoq; frigidorũ.
2. Neutralium vel tepidorũ.
3. Adulatorum, ac Hypocritarum.
4. Orthodoxorum ac constãtium Cõfessorum, adeoq; calidorum. Exules ob rejectam Agendam.
1. Johannes Morgenstern.

Salomon Calachius.

ctu Rastenburgensi, *qui justo Zelo invehebatur in alios* Pastores *Agendam illam receptantes; ac nominatim perstringebat* Pastorem Schiffenburgensem; *à quo verò coram* Sambiensi Cõsistorio *accusatus, citatur, auditur; ubi etiam facti sui ceu justi ac pii rationes edisserit. Ast hisce susq; deq; habitis ad palinodiam adigitur ab* Osiandristis, *&* Crypto-Calvinianis, *sed frustrà: domum enim reversus multò vehementius quàm antea, &* Agendam *taxat, &* Pastorem Schiffenburgensem *perstringit. Hinc instinctu* Osiandristarum *ex mandato* Illustrissimi *subornato, denuò comparere coram* Consistorio *cogitur* Sambiensi, *& quidem captivus huc advectus: posteaq; in* carcerem studiosorum *conjicitur: in quo etiam* quatriduum, *&* ultra *detinebatur: inde verò in ædes* Baronis VVolfgangi **von Heideck** *Aulæ tum temporis supremi* Præfecti *ducitur, ac ad edisserendum coram* Visitatoribus *deputatis caussam suam sistitur. Post plures verò disceptationes, & adhortationes* Calichius *veritatem deserere nolens; tandem ex* Ducatu *proscribitur.*

Ad

Ad hanc classem pertinent 8. Pastores ex tractu Brandenburgico Agendæ contradicentes haveq; ob rem Regiomontum à Consistorio citati 3. Julii A. 1561. comparent, consignatisq; quatuor recusationis suæ rationibus, scripto easdem exhibent. Contra verò Aurifaber offert ipsis scriptum contrarium grandius contra Calachium exaratum, ac in carcere tunc detentum hora 10. antemerid. injungit insuper eis responsum circiter horam 2. expeditum dari, propositâ optione, aut recipiendi Agendam illam sine contradictione; aut refutandi sufficienter scriptum eis à se oblatum. A prandio conveniunt in Consistorio Pastores, ac impossibilitatem respondendi ad scriptum quippe grandius, intra angustiam illam temporis meritò prætendunt, orantes simul à Consistorio responsum ad quatuor oblatas rationes suppeditari: Quod quia impetrare non poterant; denegarunt etiam suum responsum. Lata proinde extemplò erat sententia ab Aurifabro, pastores, ceu contumaces exilio mulctatatum iri.

Octo Pastores ex tractu Brandeburgico.

Pastores Pomezanienses.

Contra dixerunt insuper plurimi Pastores *in tractu* Pomezaniensi *huic* Agendæ; *Hinc* Aurifaber *diplomatibus* Illustrissimi *instructus transitum fecit è* Sambiensi *in* Pomezaniensem *tractum huncce unicè in finem, ut* Agenda *tùm temporis, jam in lucem edita ab omnibus citra ullam ulteriorem cunctationem & tergiversationem reciperetur* *Adoritur ergo* primùm Archipresbyterum Hohensteinensem Matthiã Binwald/*eumq; ad executionem mandati adigit, una cum omnib. tractus illius* symmistys; *postmodùm progreditur ad alios; simile quid apud eos attentans, ac contradicentes functionibus excutiens. uti constat exemplo* Benedicti, *&* Johannis Morgensternorum.

Contradictum deniq; suspectæ huic Agendæ fuit utut aliquantò serius ab Ordinibus Prussiæ *in* Comitiis Regiomontanis *coram* Majest. Reg. Polon. commissariis *An. 1566.* in der Klagschrifft *7. Septemb.* §. zu dem hat er (*Funccius*) helffen rathen und thaten: *sequentia jam sunt suprà allegata membr. 1. circa auctorem Agendæ*

p. 194.

Ite

Item 20. Septembris *Gravaminum capit. 4. & 5. 4.* Daß die newe *A. 1558.* Kirchen Ordnung abgeschafft: es bey der alten *A. 1542. A. 1544.* bleibe vnd fürbaß keine ohne bewilligung der gemeinen Landschafft / wie zugesagt / ausgehe / vnd die alte (*An. 1542. & A. 1544.*) wiederumb von newes gedruckt werde etc.

Id quod unanimibus votis postulatum; Illustrissimus Dux Albertus *sancto habens loco, ratum facere dignatus est, A. 1567. uti testatur Præfatio Symbolico nostro libello præmissa: in qua* Agenda *A. 1558. ceu inutile ad sanandа Ecclesiæ vulnera emplastrum reprobatur, & ex Ecclesiæ proscenio proscribitur, §. Ac* in hunc finem de consilio &c. *non procul ab initio.*

VIII. Antecedens Crypto-Calvinismus.

OCTAVUM προηγούμενον *ac in ordine propiorum, domesticorumq; SEXTUM fuit* Crypto-Calvinismus in Prussiam introductus.

Cothurno illo in Ecclesiis hujus Ducatus obtinente, Crypto-Calviniani sub ejusdem operculo commodissimè latibula quærere poterant: Hinc igitur instar

errucarum tûm *Aulam* Principis *nostri* *tùm* Academiam; *tùm deniq;* Ecclesias *occupando, tóxico suo conspurcarunt nec ullatenùs ex* Agendâ *illa erroris ullius solidè convici potuerant.*

1. In Aula.

Ac in Aulam *quidem, adeoq; in Regimen Politicum insidiosè subintrasse vulpeculas* Crypto-Calvinianas, *testatur* Actio Capitalis *in Confessione* Matthiæ Horstii *de quodam Aulico in hac verba:* Sagt auch Horst/daß Fr. Dht. jhme geklaget/ daß jhn *N. N.* in ein Jrthum Sacramentschwermerey hat führen wollen/darüber sich Fr. Dht. sehr vbel gehalten etc.

Refert quoq; Dn. Morlinus *de astu Crypto-Calvinianorum Aulicorum qui lateri Principis olim Iunioris addicti, & adjuncti, eum insidiosè in nassam Calvinisticam pertrahere attentarunt; quales quidem machinationes fraudulentas, Dn.* Morlinus *Iunioris Ducis* Schweißbad *h. e. sudatorium salsè vocitare non dubitavit.*

Idem in Historiâ suâ Prussiacâ *testatur Lit. C. c. 2. certamen* Osiandri *demum*

demum post dogmata & corruptelas Calvinisticas, *ac* Sacramentarias *in Borussiâ subortum, excitatum fuisse.*

Porrò *idem conqueritur de* Crypto-Calvinistis Aulico-Politicis, *quod ad clavum Regiminis in hocce Ducatu uti antè; ita post suum in* Prussiam *reditum, evecti fuerint deprehensi. Id quod attestantur ejusdem literæ A. 1568* an alle Stände des Hertzogthumbs Preussen zum heiligen Beil versamlet / wegen der *Calvinisten : ubi commemorat*; quantoperè, contra ejusmodi rempublicam, cui regendæ Calviniani essent præfecti, sit protestatus abituriens hincce Brunsuigam 5. Junii A. 1567. *absoluto lib llo nostro symbolico :* als nemlich / Daß ich mich der Ort nimmer begeben könte da die personen / so sich zu der verdamten Calvinischen Lehr bekennen / solten in hohen Empter sitzen / vnd darinnen zuregieren haben. Auff welches mir / von E. G. H. vnd G. gute vertröstung

Administratio Reipublicæ per *Calvinianos* misera, & infelix.

stung geschach/ daß dieser sachen gerathen vnd die Enderung solte gestellet werden. Haben mir auch die Fürstliche Räthe/ vnd einer Erbahren Landschafft Gesandten/ als die zu Braunschweig nachmals ankommen/ berichtet/ das darauff ein Fürstlicher *Receß*. gemacht/ vnnd von E. Erb. Landschafft eintrechtig bewilliget. Auch von den Königlichen Gesandten bekrefftiget ware Solche Leute in keinem Ambt zudulden. Es sind aber nach meiner ankunfft vber geschehene vertröstung vnd zusagung die personen eines theils nicht allein in jhren Ambtern besessen: sondern haben sich auch trotziglichen gelüsten lassen jhre schreckliche Teufflische Lesterung in vorschiener Tagfart zu Rastenburg außzugiessen/ auch in ewer mittel etc.

Calviniani omni officio privandi.

In Academia *quoq;* Regiomontanâ *fuisse, ac docuisse* Crypto-Calvinianos

3. In Academia.

nianos Professores *circa illud tempus*, Davidis Voiti *Theologiæ Profess. aliorumq́ exemplo liquidò patet.* Voitum *namq́* Philippismo *h. e.* Crypto-Calvinismo *addictum fuisse, comprobant* Acta colloquii *inter ipsum, & sinceros alterâ ex parte Theologos videl. Dn.* Morlinum *&* Venetum *habiti. Proinde erroribus suis nuncium remittere nolens* Voitus *ex* Prussiâ *tandem in* Germaniam *sese recepit.*

David Voitus Crypto-Calvinianus.

Discessus D. Voiti ex Prußia in Germaniam.

Ecclesias insuper Prussiacas *veneno* Crypto-Calvinistico *tùm temporis infestatas fuisse à Ministris* Crypto-Calvinianis, *uno atq́ altero exemplo adstruere juvat.*

3. In Ecclesiis.

Unum *suppeditat nobis* Vitus Nuberus *Sacramentarius, quem* Johannes Aurifaber *ex* Silesiorum Uratislaviâ *secum in* Prussiam *comitem adduxerat A. 1560. Antequam verò is* Aurifabrum *comitaretur in hunc Ducatum; monitus erat ab ipso, num vellet* Agendæ Ecclesiasticæ *A. 1558. subscribere? quâ perlectâ* Calvinista Nuberus, *citra ullam cunctationem, vel remoram in eandem ultrò consensit.* Er were durch-

Vitus Nuberus Sacramentarius.

auß

auß mit dieser Kirchen ordnung sehr wol zu frieden: *quæ sunt* Aurifabri *formalia in* Apologiâ *contra* Benedict Morgenstern ad status Pruss. A.1566. circa articul. 3.

Postquam autem uterq; Regiomontum devenissent, subolfecit inter cæteros Theologos Spiritum Calvinisticum Nuberi Erhardus Sperberus, *eumq; aperte Sacramentarismi reum egit. Vnde factum, ut* Nubero *confessionis editio, purgandi criminis caußâ, imponeretur, præsertim de* Cœnâ Domini; *quam verò ille adeò dolosè, Veteratoriè & astutè concinnavit; ut ceu orthodoxa reciperetur, & agnosceretur ab universo* Ministrorum Ecclesiæ *ordine. Et quia omnibus ea satisfecisse videbatur;* Nuberum *Aurifaber ad Pastoratum* Bartensteinensem *insuper promovit.*

Erhardus Sperberus Nuberum, & Aurifabrum Calvinismi arguit. Cõfessio *Nuberi* æquivoca. Promotio *Nuberi* ad Pastoratum *Bartensteinensem.*

Sperberus *verò, non solum* Nuberum; *verùm etiam* Aurifabrum Sacramentariæ *hæreseos suspectum proclamare non dubitavit, in suo edito libello contra* Dantiscanos: *quem ideò* Aurifaber *seditionis, & levitatis accu-*

sat

fat in commemoratâ Apologiâ *ad sta*tus Prussiæ.

Vito Nubero *accensus venit* Heilmannus Crypto-Calvinianus, *qui in locum* Johannis Morgenstern *ex officio Pastoratus* Mariævverderensis, *ob contradictiones* Agendæ *suspectæ, excusso, surrogatus fuerat; is namq; non modò à* Crypto-Calvinianis VVittebergensibus *optimâ de nota* Aurifabro *&* Ecclesiis Prutenicis *commendatus; sed etiam ab iis cum manuum impositione ordinatus ad obeundum officium Ecclesiasticum* in Prussiam *missus est.*

Heilmannus Sacramentarius.

Nec ministerium in Aulâ Principis Regiomontani Ecclesiasticum *illâ tempestate potuit esse à* Crypto Calvinismo *sincerum, ac immune: primas in illo ordine obtinente* Davide Voito *præter Theologicæ professionis in Academiâ munia; sacra insuper concionibus peragere in Aulâ solito: quem paulò ante merito suo* Crypto-Calvinianis *adnumeravimus.*

Non itaq; postrema inter reliquas fuit occasio Crypto-Calviniana *hæresis curam de promulgando nostro libello*

o *symbo-*

symbolico suscipiendi: Quorum autem articulorum expositio erroribus Crypto Calvinisticis *sit opposita ex* disputationibus *nostris patescet.*

Atq; hactenus eo, quo par & aequum est, recensuimus studio τὰ προηγούμενα ἐσωτικὰ *vel* antecedentia *constitutionem* Corporis Doctrin. Prutenici *propiora; quibus addere potuissemus* Heresin Judaicam, *quae demum An. 1567.* 4. August. *una cum* Judaeis *relegata ex Decreto* Regio, *ast vel nominatione indignam judicamus; adhaec varios errores à* Paulo Scalichio *in Prussiâ circa* A. 1565. 1566. *sparsos; eosq; in multivarios fidei articulos impingentes; sed quia hi Ecclesias* publicè *non lacerabant; à paucis insuper approbati* partim *ad hactenus enumeratos, & jam enumerandos accedentes,* partim Ma gicam *resipientes;* partim *deniq; in primâ herbâ suppressi;* partim *etiam cum auctore relegati, ac statim proscripti fuerant: Lectorem heic non amplius detinebo; potius verò ad* τὰ προηγούμενα ἐξωτικὰ *pergo.*

> Judaismus ex Prussiâ Ducali relegatus A. 1567.

> Pauli Scalichii errores.

> IX. Anteced.

NONUM προηγούμενον *idq;* ἐξωτικὸν

fuerunt

fuerunt Hæreſes *extra fines hujus* Ducatus ; *in ejusdem tamen* Confinio partim ; partim *etiam* remotiùs *vagantes.*

dens, Hæreſes Extraneæ.

Tales hæreſes erant 1. Schvvenkfeldiana, *Efficaciam ſcripturæ S. elevans, cum quâ tamen* Oſiandri *Schiſma prorſus conſpiraſſe ; ſuprà demonſtravimus: ac huic quidem oppoſita eſt* Explicatio *Loci de* ſcriptura *in libelli noſtri veſtibulo ſtatim.*

1. Schwenkfeldiana.

p. 96.

2. Papiſtica : *poſt reformationem namq; A. 1525. inſtitutam, & A. 1530. confirmatam*; nulla ampliùs Papatus hocce in Ducatu apparebant veſtigia : *proinde Hæreſin Papiſticam inter Exoticas numerare non dubitamus : cui oppoſita eſt Explicatio Loci* de Scriptura *S. ab initio libelli, præſertim adſtruens ejusdem* perfectionem & ſufficientiam *contra humanas* Traditiones. *Ubi vel maximè obſervandum, Pontificios* Vetuſtiores & cordatiores *ante* Conciliabulum Tridentinum ; *nusquàm ac nuſpiam Scripturæ S.* perfectionem & Canonicam Auctoritatem *in dubium vocaſſe ; ſed hæc controverſia*

2. Papiſtica.

Vetuſtiores Pontificii perfectionem Scripturę S. non impugnarunt usq; ad concilium Tridentinũ.

versia ab iis moveri cœpit, quotquot in certaminibus cum B. Luthero, ac ipsius parastatis habitus; Ex solâ scripturâ caussæ morbidæ patrocinari minimè posse reapse comperti erant: Cum igitur ex scripturis convicti ac constricti tenerentur; in scripturarum odium inflammati easdem imperfectionis, insufficientiæ lubricitatis, flexibilitatis, & nullius valoris convicio traducere non sunt veriti.

Opposita etiam eidem hæresi plures aliorum Articulorum in libello nostro Explicationes v. d. Lib. Arb. de Justific. de Lege Pecc. origin. d. Cœnâ.

3. Photinianica, & Anti-Trinitaria. 4. Anti-Nomica. 5. Flacciana. 6. Anabaptistica.

3. Anti Trinitaria: cui opposita est explicatio de Deo.

4. Anti-Nomica; cui opposita Explicatio de Lege.

5. Flacciana; cui opposita Explicatio de Peccato Originis.

6. Anabaptistica; qualem etiam inter Exoticas referimus post proscriptionem illam ex Prussia, quæ Accidit A. 1532. opposita autem huic est Explicatio loci de Lege, de Peccato originali

ginali; *de* Baptiſmo; *de* Cœnâ, *de* Miniſterio Eccleſiaſtico.

De ſingulis impræſentiarum agere noſtri non est inſtituti: cum id ipſum ante nos expediverint alii ſuo tempore, & loco.

Colophonis loco circa hocce de πεπηγμένοις *membrum commemoranda erit paucis triſtis* cataſtrophe Oſiandriſtarum, *& aliorum Schismaticorum.*

Oſiandriſtarum triſtis cataſtrophe.

Ac de ipſo quidem Oſiandro *narratur, eum terribili morte inter deſperationes exanimatum eſſe; nec, ubi primitus contumulatum jacuit ipſius cadaver; cineres, oſſaq́; ejus requieſcere; ſed illud ipſum exhumatum; inq́; locum ejus* Nickel Balzers *cujusdam funus reconditum eſſe, perhibet* Hennebergerus, *ex teſtimonio M.* Philippi Cæſaris Paſtoris *Veteroppidani.*

p. 105.

Oſiandri obitus.

Oſiandriſtarum *verò plerique duriora experiri neceſſum habuerunt fata: uti annotavit* VVigandus *in tractatu de* Oſiandriſmo; *referendo:* Stanislaum *quendam in deſperatione obiiſſe;* Franciſcum Freudenhammer Dia-

Duriora Oſiandriſtarum fata.

con. Veteroppid. *Apoplexiâ in Suggesto correptum esse* 29. Maii, *A. 1552. ante Osiandri obidum.* D. Andream Aurifabrum *caducâ morte prostratum & exanimatum esse in cubiculariorum Principis palatio.* Michaelem Beer *Pastorem* Rinoviensem *in reditu ex* Fischausio *domum versus, in avia abreptum tempestate brumali obrutum, & tandem violentia frigoris extinctum A. 1564.* esse: *nec nisi sub Vernum tempus ab indigenis ipsius cadaver reperiri potuisse:* M. Sciurum *rumore ex interitu Pastoris* Beer *percepto, vehementer panico perculsum terrore, pestem sibi accersivisse; exq; ea obiisse A. 1564.*

Peſtis ex conſternatione.

Reliqui An. 1566. ex decreto commissariorum Regiorum *solum vertere sunt coacti: ut* Johannes Aurifaber personatus præsidens Sambiensis; Jagenteuffel Archipædagogus Academ. & assessor judicii Eccles. Sambiens. *nec non alii suspecti cum illis. M.* Vogelius *verè providè metu futuri periculi spontè dimißionem ab* Illustrissimo *impetravit: idq; hac de caussâ: Postquam enim in Synodo* Risenburgensi

Cauſſa diſceſſus M. Vogelii ex Pruſſiâ.

gensi *A. 1556. una cum M.* Funccio *palinodiam publicam erroris Osiandristici coram* Illustribus Prussiæ, & Megapolitaniæ Ducibus, *stipulatâ manu iteratis vicibus pollicitus esset; nec verò promissis posthac stetisset: à duobus* Xenodochii Pastoribus, Bartholomęo Sontag, & Georgio Popitzer/*pro suggesto publicitus hoc nomine reprehensus fuit. Patrocinium* M. Vogelii *suscipiens* Johannes Aurifaber, *coram* Commissariis Illustriss. *facti rationem edissere taxatores compellit: ubi verò licet severiùs compellati, à proposito desciscere noluerunt;* jussu Illustris. *officio uterq; abire jubentur: interveniente autem* D. Voiti *intercessione apud* Principem; *functionibus suis restituuntur. Subministrantibus interea in pristino pergendi proposito consilia sua* Benedicto & Johanne Morgensterniis exulibus; *denuò, multoq; acerbiùs; quàm quidem anteà factum; in M.* Vogelium *invehuntur: Is itaq; ex* impatientiâ *officio suo Pastoratus* Cniephoviani *resignato; dimissionem ab* Illustrissimo *impetrat; desertâq;* Prussiâ, *in* Sueviam *se-*

se recepit; ac primum Hornbergæ *quadriennium substitit; inde autem* Geppingam *promotus decennium ibidem transegit: donec tandem in* Cœnobio Alpersbacensi *Abbas creatus, undecim annis superatis, vitam cum morte commutaret: unde etiam* Thesaurus *ille Locorum sacrorum grandior* Germanicus *&* Latinus, *auctore M.* Matthæo Vogelio *in lucem publicam prodiit.*

Opus M. Vogelij.

Dimisso autem M. Vogelio *ex* Prussiâ *A. 1566. etiam ipsius* Antagonistæ, *duo illi* Præcones, *jussu* Illustriss. *ex Ducatu proscribuntur, ac relegantur, instigante* Aurifabro, *eodem anno.*

Exilium Bartholomæi Sontag, & Georgij Popitzer.

Idem Annus *imminuit M.* Funccio *funestus ac feralis; nec sanè immeritò; cum M.* Funccium *universæ tragædiæ* Prutenicæ *ab A. 1549. usq. ad 1566. instar alterius* Cattilinæ *fuisse auctorem, certo certius est. Huc enim patriâ* Norinbergâ *deveniens,* Osiandrum *Hæreticum promovit: 2. in* Osiandristicum *Schisma juravit: 3. idem pertinacissimè propugnavit: 4.* Illustriss. *Duci* Pruss. *&* Megapolitania *turpiter imposuit: 5. Theologos* VVitteber-

M. Funccij funestum fatum.

Crimina M. Funcci.

tebergenses, & Lipsienses, *quos in transitu A.1560. ad acidulas & thermas salutavit, oblataq; lubricissimâ suâ confessione, egregiè decepit: eorumq; applausum subscriptis* octo nominibus *in perniciem Ecclesiarum* Prutenicarum *ex* Germaniâ *redux reportavit : 6. cum aliis* Politicis *in vocationem* Johannis Aurifabri *clanculùm conspiravit: 7. Ecclesias novâ* Agendâ *turbavit: 8. Theologos orthodoxos officiis suis excussum procuravit. 9.* πολυπραγμοσύνη *deditus fuit; magisq;* Principi *quàm Deo inservivit, uti ipsemet fatetur in* responso *ad* articulos criminales *sibi propositos: 10. seditionis & tumultus, delationibus ac criminationibus suis apud* Principem *Innocentium (qui etiam ideo officiis suis moti erant) caussa fuit. 11.* crimen falsi *sæpiùs contra* Ducem Prussiæ *commisit: 12 sanguinemq; Christi blasphemo ore, sæpiùs una cum ipsius merito insectatus est pro concionibus: ubi vel commemoratu indignum est, blasphemia* Funccianæ *specimen illud, quod ad* ἐπιγραφὴν *frontispicii adium Dn,* Casparis von Nostitz *ex senten-*

tiâ Ambrosii: Mors Christi est justificatio peccatoris, *Germanica verbis redditam:*

Gottes wesentliche Gerechtigkeit/
Die ist nicht meine Seligkeit:
Sondern das Leyden Jesu Christ
Mein heil/ trost/ vnd rechtferti-
(gung ist/

blasphemo ore reposuit: Hastu nicht genug an den Wercken Christi: so nim darzu aller Menschen vnd Pfaffen/ Huren vnd Buben Werck: Siehe wz es dir zum ewigen Leben würde nützlich sein: *Item in responso ad eundem:* Alle die jenigen/ so jhren trost vnd heil auff das Leiden vnnd Sterben Christi setzen: Die verwerffen damit Christum: vnd treiben grewliche Abgötterey/ daß ist/ *interprete* Morlino sie dienen dem Teuffel. Funccio *insuper auctore factum, quod quidam paßim in hoc Ducatu scelestâ ultricibusq́; Gehennæ-flammis dignâ linguâ effutire haud dubitarint:* Das blut Christi (*horresco referens, utq́; mihi sanctißime Iesu, blasphemias referenti ignoscas, peto?*) sey wie eines andern

vnve

vnvernunfftigen Thiers/ in die Erde gelauffen/ verstockt/ vnd verwesen: diene vns derhalben zu vnser Seligkeit oder gerechtigkeit nichts. *Tale quid de sanguine Christi putrefacto & annihilato ante aliquot secula insuper ex ore* Funccii, *cum aliquando ad convivium invitatus apud eum esset, se audivisse, hocq; nomine graviter* Funccium *reprehendisse in præsentiâ reliquorum convivarum, commemorat Dn.* Morlinus. *Ex numero ejusmodi blasphemantium meritas luit pœnas capite plexus quidam ex sententiâ* Baronis Bothonis von Eylenburg. *Nec dissimile si non certè longè gravius in cervicem suam derivavit genus supplicii M.* Funcius: *ideoq; unâ cum complicibus, ac juratis suis* Politicis Matthiâ Horstio; Johanne Schnell *in foro* Cneiphoviano *idipsum subire coactus est die* Simonis Judæ: *Hinc illud:* Simonis, Judæ, Funck, Schnell/ Horst interiere: *idq; ex decreto* commissariorum Majest. Reg. in Polon, *A. 1566.*

M. Funccii supplicium.

Inter opuscula M, Funccii *sequentia reperiuntur:* Conciones *aliquot de* Justi-

Funccii opuscula

Justificatione *in 4to*, edit. Regiom. 2. *Historia certaminis* Osiandristici *A.* 1553. 28. Martii Regiom. 3. *libellus* precationum dominicalium *in 12.* edit. VVitebergæ. 4. Chronologia, *quæ quidem sub nomine* Funccii *præter meritum ejusdem circumfertur: cum potius genuinum auctorem Osiandrum agnoscat: operi tamen suo* Andreas Osiander *Funccii nomen inscribi ultrò permisit; quò eum in aulâ procliviorem ad quemlibet nutum patronum haberet: uti ex multis fide dignis aliquoties accepimus.*

Chronologia Funccii non est Funccii; sed Osiandri.

Cæterùm post Osiandristarum *excidium*, *Schisma* Osiandri *nondum prorsus fuit consopitum: adhuc enim circa A.* 1570. *hocce in Ducatu serpebat commemorante Dn.* Morlino *in suo tractatu* edit. Regiom. *apud* Daubmann. *A.* 1570. *sub titulo:* **trewhertziger / gar kurtzer Bericht wieder** *Andr.* Osiandrum *ad* Prussos *adhuc* Osiandristas.

Et hactenus de primo Dissertationis Prooemialis *nostræ* Membro: *sequitur* secundum *continens.*

TA

ΤΑ ΠΡΑΧΘΕΝΤΑ Η ΜΕΣΑ vel ea, quæ in ipsâ Constitutione *Symbolici Libelli* nostri concurrebant.

Inter reliqua, quibus Ecclesiæ hujus Ducatus, premebantur ab. A. 1549. in Annum usq; 1566. gravamina, non postremum erat suppreßio salubris Formulæ Ecclesiasticæ *rectè credendi, ac piè vivendi; & contrà, introductio morbidæ* Agendæ *Pandoræ pyxidi non absimilis: ex quâ tot malorum Myriades* tùm *in Politicam; tùm Ecclesiasticam Rempublicam agminatim redundarunt. Nullum verò certius adhiberi malis illis potuisse videbatur remedium; quàm si ex decreto & auctoritate.* Reg. M. Pol. *nec non unanimi Ordinum* Prussiæ *postulato, certus* libellus Symbolicus *ex verbo Dei.* Augustanâ Confessione, *ac reliquis scriptis B.* Lutheri *concinnatus*; de fide & Ritibus, *in gratiam Ecclesiarum conscriberetur; ac eisdem loco* tesseræ militaris *commendaretur. Id quod etiam peculiari* Recessu *in* comitiis Regiom. *An. 1566.* 4. Octob.

4. Octob. *auctoritate.* M. Reg. Pol. *expressum, cautumq; fuit. vid.* privileg. *p. 61. fac. A. 5.* Es soll auch von den Bischoffen: *sequenti vero A. 1567. decretum illud Executioni mandatum, ac traditum itidem præsentibus* Regiis commissariis, *conscripto à Theologis* August. Confessioni *addictis genuino libello: quorum alter Formam rectè credendi ac Ritus in Ecclesiâ observandos; alter verò tùm Systema ex* Augustanâ Confess. *ejusdem* Apologiâ; Articulis Schmalcaldicis &c. *conflatum; tùm* Explicationem *&* Repurgationem *certorum fidei articulorum complectitur. De hoc posteriore, uti præmissa* προηγούμενα, *vel antecedentia expedivimus: ita concurrentia in ipsius conscriptione ac promulgatione paucis percurremus; acturi de* Auctoribus; Materiâ *ex qua*; Formâ, Fine *&* Adjunctis Corporis *nostri* Prutenici.

De *Auctoribus* Corporis Doctrinæ *Prutenicarum Ecclesiarum.*

Auctores libelli nostri Symbolici duo

duo fuere incomparabiles illi Theologi *Dn.* Morlinus *&* *Dn.* Chemnicius: *qui piissimi Ducis nostri p. m. solicitatione assiduâ, precibusq; iteratis per Legatos quosdam* Prutenicos *Brunsuigam missos, evocati, Regiomontum devenêre A. 1567. 9. Aprilis; heicq; cum Consiliariis Celsit. suæ, nempe* Casparo Vasoldt Burggrabio; *Dn.* Johanne von Kreytzen *V. I. D. ut & D.* Jonâ; *de remedio Ecclesiæ sanandi vulnera ultrò citroq; invicem deliberavere: postq; prolixam consultationem tandem animi sui sensa tùm coram* Consiliariis. Illustriss. *tùm per literas ad* Ducem *p.m.* Albertum *exaratas, aperuêre: nimirum nullâ aliâ novâ hanc ad rem opus esse conscribendâ* Confessione; *sed longè melius Ecclesiis consultum iri, si constanter retineatur* Augustana confessio Carolo V. *A. 1530. exhibita, cum* Apologiâ *ejusdem, ut &* Articulis Smalcaldicis, *prout hæc omnia in scriptis B.* Lutheri *explicata, & declarata occurrunt.*

Dn. Morlinus, & Dn. Chemnicius, auctores Corporis Prutenici

Vt autem sententia Theologorum illorum eò plenius percipiatur; opera precium

eium existimo formalia literarum huc inserere: Præmissis præmittendis.

Litteræ duorum illorum Theologorum ad Ducem Prussiæ.

Durchlauchtigster Hochgeborner Fürst/ Gnedigster Herr/ wie wol wir von hertzen wünschen / daß wir E. F. Dht. mit mehrer gesundheit jhres leibes hetten finden mögen: So ist vns doch eine grosse reiche frewde/ daß in E. F. Dht. wir spüren/ vnd vernehmen/ Ein Gottseliges/ frommes getrewes Hertz / welches höhers nicht wünschet / vnd begehret / dann daß zu Ehren jhren getrewen Frommen Gott vnnd zu trost der Armen vnterthanen reine Lehre möge gepflantzet: aller Irrigen Lehr gesteuret / vnd dieselbigen allenthalben außgerottet werden. Solchs Vätterlichs/ recht Fürstlich Hertz/ wolle der frommr Gott bey E. F. Dht. erhalten/ biß in jhre gruben / damit E. F. Dht. das schön Epitaphium mit dem lieben David, für dem Gerichtstull jhres lieben Heylandes JEsu Christi bringen mögen: Daß E. F. Dht. jhre zeit gedienet dem willen GOttes vnd

darin

darinnen seliglichen entschlaffen Amen! (*Heic præmittitur ac interjicitur responsio recusatoria Theologorum ad oblatam per Consiliarios functionem Ecclesiasticam utriq; ab* Illustriss. *tùm* Episcopalem *in* Sambiensi *tractu relegato* Aurifabro; *tùm ad* Pastoralem *in templo Cathedrali post discessum M.* Vogelii *vacantem*: Venetus *autem in Pomezaniâ Episcopus nuper jam fuit creatus ex Pomeraniâ redux; postmodum nostrum propositum concernentia subjiciuntur in literis hunc in modum*:)

Dn. Venetus redux ex Pomeraniâ Episcopus Pomezamensis. A. 1567.

Was dann E. F. Dht. durch ihre Fürstliche Räthe heutiges tages gnädiglichen vns lassen fürtragen: haben wir in aller vnterthenigkeit vernohmen / vnd sollen E. F. Dht. ihr keinen zweiffel machen/ was wir vnsers reisens halben gethan / vnd noch E. F. D. zu gnädigem willen vnd wolgefallen thun kunten/ were vns eine grosse gewünschte frewde. Bedancken vns nochmahls in vnterthenigkeit der grossen Ehren vnd würden/ darzu E. F. Dht. durch ihre Fürstliche Rähte haben vns aber-

mahls erfordern lassen. Erkennen daraus E. F. Dht. trewhertziges / Gnädiges gemüt gegen vnsere geringe personen. Wann wir aber bey vnsern Kirchen mit diensten verhafftet / auch denselbigen zusagung gethan / sie in so gar betrübten zeit vnd noht nicht zuverlassen / wie ein Erbar Wollweiser Raht der Löblichen Stadt Braunschweig vnsere Herren vnd Ober E. F. Dht. in vnterthenigkeit derselbigen berichtet haben. Werde E. F. D. vns gnädigst entschüldiget nehmen vnd betrachten / daß wir Ehren vnd gewissen halben vnsere Arme befohlene schäfflein nicht künden noch sollen begeben. Es stehet leider bey vns in deutschen Landen erbarmlich vnd ist an dem / daß sich der HERR Christus schicket von wegen vnser vndanckbarkeit / mit seinem lieben Evangelio von vns deutschen zubegeben Gott helffe mit gnaden vnd rett seine ausserwelten. Amen.

Es haben auch E. F. Dht. gnädigst von vns begehren lassen / daß

wi

wir vnser bedencken wolten anzeigen / wie vnd worauff in künfftiger zeit aller zwispalt vnd Irrung in E. F. Dht. Fürstenthumbs möchten abgeschafft / vnd aller Vnfall ferner verhütet werden. Nun hetten wir hertzlich gern gesehen / daß E. F. D. sambt derselben Fürstlichen Räthen ihre bedencken zuvor angezeiget.

Weil es aber Fürstliche Rähte vns nicht wollen erlassen / haben wir nach vnserm geringen vermügen vntertheniglichen *pariren* vnd gehorsamen sollen. Vnd achten wir es dafür / daß E. F. D. auff erden dieser vnd aller sachen / die Lehr vnd Kirchen belangendt / besser nicht rahten konten / dann daß man keine newe *Confeßion* stelle: sondern bey der angenohmenen / vnd in GOttes Wort gegründeten Augßpurgischen *Confeßion*, *Apologia ejusdem*, vnd Schmalcaldischen Artickelen / wie dieselben ferner in den schrifften Lutheri erkleret / verhar-

lich bleibe / wie dieselbige *Confeßion* *Anno* 1530. der Römischen Keyserlichen May: ist vberantwortet worden / wan man darbey bleibet / so haben E. F. D. sampt den Erbarn Löblichen Landtschafften ein breiten Rücken von vielen fürnehmen hohen *Potentaten*, vnd Kirchen/haben die Fröliche entschuldigung jhres gewissen daß man im Landt zu Preussen einerley Lehre führet / mit den wollgere-*formir*ten Kirchen Deutscher / vnd anderer *nation* ; haben auch für allem *in illâ piâ consociatione* das heilige gemeine gebet aller Frommer trewhertziger leut auff Erden/die für E. F. D. vnd derselbigen Lande hertzlich zu Gott seufftzen / vnnd in jhrem Gebet nimmermehr vergessen werden. Weil aber auch nach der zeit/daß die benante *Confeßion* gestellet vnd *offe-*

riret.

enim post tempus Augustanæ Confessionis exhibitæ caput ab inferis exserere cœpit, eam ex Hispaniâ partim partim ex Italiâ asportantibus, ac tum in Galliâ, tum in Helvetiâ, tum in Germania, maximè omnium verò in Poloniâ, ac viciniâ nostrâ disseminantibus, Michaele Serveto, Lælio Socino; Fausto Socino; Georgio Blandrata, Georgio Davidis, Valentino Gentili &c. Quintò exterminatur Flacianismus, Schisma nimirum auctore Flacio Illyrico exortum, ac concitatum etiam post exhibitam Augustanam Confessionem Anno 1560. mens. Augusto in Colloquio Vinariensi cum Strigelio habito. Sextò Stancarismus hujus Privilegii edicto ejectatur ex Ducatu hocce: hæresis nempè auctore Francisco Stancaro Mantuano heic Regiomonti excitata, inq; altero extremo militari viâ de Officio Christi Mediatorio divaricans superstite adhuc Osiandro Anno 1551. ceu supra indicatum.

5. Flacianæ.

6. Stancari.

Deinde ab Augustanâ Cōfessione alienarū.

Alterum genus Hæresium atro notatur Calculo, earum videlicet, quæ ab Augustanâ Confessione sunt alienæ

Quò pertinent omnes hæreses, omniaq; Schismata, *ac* Pseudodoxa dogmata, *quæcunq; vel* Augustanam Confessionem præcesserunt; vel post eandem, sive ortum, *sive* incrementum suum sortita sunt. *Ubi quæstio incidit:* Utrum Religio Romano-Catholica *vigore hujus privilegii ex hocce Ducatu sit proscripta? Respondemus* affirmando, *idq; probamus ex utroq; Privilegii membro tàm* θετικῷ Positivo, *quàm* ἀφαιρετικῷ *sive* Remotivo.

Religio Papistica vigore Privilegii Lubbinêsis proscripta ex Ducatu.

Ex positivo *quidem tali argumento:*

Illius religionis ejusq; solius *conservatio perpetuis temporibus in hac Ducatu* verbo Regio *promittitur, ac spondetur: in quam Omnes Ducatus Prutenici Ordines consenserunt; quæq; ex omnium eorum consensu recepta, & publicata fuit.*

Atqui in Religionem Romano-Catholicam *omnes Ducatus Prutenici Ordines* neutiquam *consenserunt, neq;* illatenus *ex* omnium *eorum* consensu *recepta, publicatave fuit.*

Ergo religionis Romano-Catholicæ *Conservatio perpetuis temporibus in hoc Ducatu non spondetur, neq; promittitur.*

Propositio, *utpote ex Formalibus* Privilegii *desumta, est omni exceptione major: Assumtio etiam per se sat manifesta, & evidens est: siquidem omnes Ordines hujus Ducatus Religioni* Romano-Catholicæ *ante tempus Privilegii dati dudum valedixerunt, eamq; agnito errore, unanimiter rejecerunt ab Anno* 1524. Anno 1525. *præsertim circa A. 1530. Atq; hoc longè certius est, quam ut probatione aliquâ operosâ indigeat:* nullum *nempè* ex Ordine Prutenico circa A. 1566. 1567. 1568. 1569. religioni Papisticæ addictum fuisse, ceuq; hujus hæreseos Confessorem nominari posse: *cum è contrario de* Calvinianis *& aliis* Schismatici[s] *hunc Ducatum circa illa tempora perturbantibus, experientia abundè re[m] ita se habuisse, clamitet. Conclusioni ita[q;] detrahi nequit veritas.* Porrò.

Nullus nominari poterit Papisticæ Religioni addictus in Prussiâ circa A. 1566. 1567. 1568. 1569.

Cui religioni detrahitur perpetu[a] Conservatio *in hoc Ducatu* verbo R[...]

gio *suffulta*; *ea ipso* facto *&* jure *est* proscripta, *&* exterminata. *Atqui religioni Romano-Catholica* perpetua Conservatio *in hoc* Ducatu Verbo Regio *suffulta detrahitur*.

E. religio Papistica ex hoc Ducatu ipso facto *&* jure *est proscripta & exterminata*.

Propositio, *utpote certissima, nullâ indiget probatione:* Assumtio *itidem ex superioribus firmissima evadit, & ex abundanti sic probari poterit. Illi soli religioni Conservatio verbo Regio spondebatur perpetua, quæ in hoc Ducatu illo tempore juxta* Formulam Augustanæ Confessionis &c. *tùm* Magistratus, *tùm* subditorum unanimi consensu *recepta & publicata fuit: uti testantur verba* Privilegii *clarissima. Atqui religio Papistica, neq; est juxta* formulam Augustanæ Confessionis *conformata; neq;* Ordinum *hujus Ducatus* unanimi consensu recepta, *& publicata fuit; Id quod vicissim certissimum. Ergo Religioni Papisticæ* nulla conservatio perpetua *verbo Regio in hoc*

Ducatu spondebatur: Ergò potius detracta est.

Deinde *argumentum desumimus à* Postulato *Illustrißimi Ducis* Prussiæ, *omniumq; Ordinum*; si solius religionis Corporis Doctrinæ, Cautelâ *peculiaris Privilegii*, Confirmationem, *&* Conservationem *à D.* Sigismundo *Aug. Rege postularunt cum Magistratu* omnes Ducatus hujus ordines: *utiq; impetrato tali privilegio*, omnium aliarum religionum *cum* Corpore Doctrinæ *pugnantium* exclusionem, *&* proscriptionem *adepti sunt: ratio, nisi enim aliarum hæresewv adeoq;* Papisticę *simul proscriptionem, & exclusionem peculiari impetrato privilegio adepti fuissent, utiq; postulatum eorum factum fuisset irritum, & frustraneum: sic namque non solum* Corporis Doctrinæ, *adeoq; veritatis cælestis; sed etiam* hæreseos, *adeoq; falsitatis, & errorum* Confirmationem, *&* Conservationem *nacti fuissent: id quod pugnat cum eorum* postulato, votis, *ac* suffragiis. *Iam verò verum prius; quod videlicet* solius religionis Corporis Doctrinę

Caute-

Cautelâ Amplissimi privilegii Confirmationem, & Conservationem à *Divo* Sigismundo Augusto Rege, omnes Ordines unâ cum Magistratu postularint *in Comitiis* Lublinensibus *Anno 1569, id quod disertè innuunt verba Privilegii. Ergo* impetrato tali privilegio, omnium aliarum hæresium *cum* Corpore Doctrinæ *pugnantium, adeoq́;* Papisticæ exclusionem & proscriptionem *adepti sunt.*

Ex membro Remotivo Privilegii *sic vicissim pro* exterminatione, & proscriptione *religionis* Romano-Catholicæ *ex hoc Ducatu inferimus:* Omnis hæresis â Confessione Augustanâ; *nec non* Corpore Doctrinæ Pruten. *aliena, vigore* Privilegii *dati, non modo* non tolerari, *verùm etiam* penitus aboleri jubetur. *Atqui* Papismus *est hæresis à* Confessione Augustanâ *nec non* Corpore Doctrinæ *aliena. E. non modò non tolerari; verum Potius* penitùs *aboleri vigore* Privilegii *jubetur. Quæ cum ita sese habeant; mirari satis iterùm, atq; iterum non possumus* Jesuiticam *eamq́;* violentam

plane

planè Amplißimi hujus Privilegii detorsionem & depravationem, *quâ toti* Regno Poloniæ, *huicq;* Ducatui *persuadent, religionem* Romano-Catholicam, *seu* primariam *in hoc Ducatu pensi habitam fuisse* à Divo Sigism. Augusto *in hujus privilegii* promulgatione, *penes quam usus religionis* Augustanæ Confessionis, *in isto* Privilegio *non* approbatus; *sed duntaxat* permissus; *sed* toleratus *esset. Contrà vero, omnia hactenus in medium allata pleno ore ac Spiritu reclamant: ubi* nullo apice religio Romano-Catholica *commemoratur; multo minus seu* primaria *sive tunc observata, sive imposterum observanda, nostræ* Augustanæ Confessioni, *ac* Corpori Doctrinę *præfertur: quia tunc temporis* Religio Romano Catholica non extitit *amplius, sed dudum exstirpata, in hoc Ducatu esse desiit. Quî ergo ejus religionis, quæ amplius esse desiit in hoc Ducatu, potior ratio haberi potuit? præ eâ, in* quam omnes in Universum Ordines consenserunt; *quam publicitus receperunt & introduxerunt; præter quàm*

insu

nsuper, nullam aliam in hoc Ducatu ob inere à, S. R. M. contenderunt, cum non entis non ſint affectiones: *Ac itius ex genuinâ verborum* Privilegii *Interpretatione non tàm* Conſervatio ic Patrocinium; *quàm* Proſcriptio *religionis* Romano-Catholicæ *elicietur, uti modò vidimus.*

Num Religio Papiſtica fuerit A. 1569, mẽtaliter reſervata?

Aſt dejecti ex hocce præſidio ad liud confugiunt Moderni Pontificii, *uo religionem* Papiſticam *in Privilegio* Lublinenſi *minimè excluſam; ſed* Confirmatam *in hocce Ducatu eſſe, defenſum ire, ſimplicioribusq; perſuadere non dubitant, nimirum promulgando hocce* Privilegium, Conſervationem, *c primas partes religionis* Romano-Papiſticę *in mente ſuâ* Divum Sigiſm Auguſtum Regem Poloniæ *reſervaſſe: Reſervatione itaq; mentali Regis ſartam ectam non ſolum; verum etiam* primariam *extare contendunt* Papiſticam religionem *in hoc Ducatu.*

R. 1. nos pro confeſſo acceptare, jure primævo, expreſſo, *eoq;* fundamentali nullatenus *in hocce Ducatu religionem* Papiſticam *aliquem, nedam* Prima-

rium

rium *locum obtinere: nullus namque* apex, *nulla* vocula, nulla linea *pro religione* Papisticâ *vel* conservandâ; *vel* Confirmandâ, *vel insuper tolerandâ loquitur ab Anno 1525. ad 1605, reservatione itaq; mentali, remedium malæ, morbidæ, prorsusq; desperatæ caussæ quæri à Patronis religionis* Papisticæ, *in confesso est.*

2. *In ambiguæ caussæ explicatione, expeditione, defensione ac decisione, non ad* mentalem reservationem *promulgatoris privilegii, vel Legis latoris; sed ad* expressam literam *ejusdem confugiendum; alioquin nil unquam certi obtineri evincive poterit.*

3. *Reservatio illa mentalis aut fuit* certa *aut* incerta? *Si* certa? *quæritur unde modernis* Pontificiis *innotuit ejus certitudo? urgendi namq; vicißim erunt ut monstrant* certam, expressam *eamq;* infallibilem *declarationem in aliquo* edicto, recessu *vel* Decreto *Regiæ Majest. Div. Sigism. Augusti, in caussâ vel* Politicâ, *vel* religiosâ *hujus Ducatus promulgato ab Anno 1566. usq; ad A. 1605. Id quod ad Calendas Græcas*

præst-

præstabunt. Sin incerta; incertum ergo, & planè miserum inde religio Papistica sortietur præsidium.

4. Prætextus ejusmodi reservationis mentalis est ex scholâ Æquivocationum Jesuiticarum profectus: solemne quippe adversariis Jesuitis est, ea, quæ jugulum caussæ suæ petunt, per æquivocationes explicare, & sic in pactis, conventibus & promissis unâ manu panem; alterâ lapidem exhibere. Quæ quidem æquivocandi Praxis, uti quovis homine Christiano indigna; ita vel maximè Regio animo, Regioque verbo. Sic enim, posita reservatione mentali, verba illa Privilegii Lublinensis essent explicanda. (Quod cum ab Illustrissimo Principe Dn. Alberto Friderico &c. intellexissemus: universos Ordines Ducatus Prussiæ in eam doctrinam religionis, quæ Communi Consensu Senioris Ducis p. m. omniumque Illustr. suæ subditorum juxta Formulam Aug. Confessionis & Apologiæ ejusdem recepta, & publicata est, consensisse: ob eam rem multis & gravibus causis adducti, Illustrem Dn. in Prussiâ Ducem, omnesque suæ

suæ Illustrit. subditos & Universam ditionem in hac ipsa doctrina religionis, clementer conservare statuimus, sicut & præsentibus literis nostris nos conservaturos imposterum pro nobis ac serenissimus successoribus nostris Poloniæ Regibus *in* Verbo Regio *promittimus & pollicemur &c.) Quod cum ab Ill. intellexissemus &c. ob eam rem multis & gravibus de caussis adducti*, neq; *Illustrem Dominum in Prussiâ Ducem*; nec *omnes suæ Illustr. subditos*; nec Universam *Ditionem in hac ipsâ doctrin religionis (August. Confess. &c.) Clementer conservare*; *sed solummodò pe missivè* tolerare *statuimus*; non *eni* approbamus, multò *minus* unicam & solam *proscriptis aliis*, privilegi *nostro conservandam ducimus illam re ligionem*; *sed eam* penes Catholica permittimus; *vel exercitium ejusde ut* secundariam *toleramus*: *nostra vero* Papisticam, *præcipuam in hac D catu vigere & florere decernimus.* *vero turpius ulla ratione imponi potui set tum Illustrißimo Duci* Alberto Friderico; tum *universis & singulis huj Duc-*

Ducatus Ordinibus, & statibus, quam quidem hoc Pacto? judicet, qui judicare potest, collatione præsertim factâ inter Postulatum Illustriss. Ducis nostri p. m. universorumque Ordinum Prutenicorum, & postmodum inter ejusmodi privilegii explicationem mentalem. Illi namque non solicitarunt Sereniss. Regem Sigism. Augustum de toleratione quâpiam suæ religionis; multo minus de Postpositione ejusdem, ut secundario, vel Ignobili post Papisticam subsellio censuque; aut de qualiquali permissione ejusdem exercitii; sed de conservatione, ac Patrocinio ejusdem, & quidem solius. Congruum itaque voto postulatique suo nacti erant conceptis verbis responsum, clementissimè annuens verbo Regio religionis nostræ benignam in perpetuum Conservationem, non in quibusdam templis, locis, ac provinciis hujus Ducatus: sed in universis, & singulis tàm nimirum longè lateque patentibus, quam longè lateque patet universa Ditio Prutenica, & quàm latè longeque extendebatur incolarum hujus Ducatus in Religionem August. Confessionis consensus,

sensus, *qui tunc temporis erat* prorsus universalis, nullo contra *nitente*; *nullo* obloquente; *nullo etiam* pro Catholicâ *Papistica religione exercendâ quicquam excipiente: siquidem, uti sæpius hactenus inculcatum, ab Ordinibus hujus Ducatus* nulla *tunc* ratio Papisticæ religionis haberi potuit: *cum* fuerit radicitus ex universo hoc Ducatu dudum *exstirpata*, & *relegata*. *Non Entis non sunt affectiones, non rationes ullæ; non deniq; patrocinia. Sed tantum abest, ut nos tale quid Sanctissimis Divi Sigism. Augusti manibus impingamus, quin potius ab omni ejusmodi æquivocationis suspicione*, verbum Regiæ *ipsius Majestatis piè ac justè vindicatum assertumq; eamus juxta illud:*

Non decet in labiis versari lubrica (Regis;
Sancta, & plena suo sunt Regia pon- (dere Verba.
Dicta semel nullam patiuntur jure (recursum.

Vel, ut Pachymer. lib. 1. Histor. Bizant. cap. 12. loquitur: ὁ λόγος τοῦ βασιλέω βεβαῖα τις κατεγγύησις ἐστιν: *h. e. Oratio*

Impe-

Imperatoris, firma quædam sponsio est: adeoq́; nudo jus, & reverentia Verbo Regis inesse solet.

5. *Relicto* mentali *ejusmodi reservationi loco, nullius* Edicti, Decreti, *ac* Privilegii *integritas inviolata perstare poterit amplius; in quibus non etiam rimas aut cuniculos agere; adeoq́; ab expressâ literâ recedere non liceat. Num vero sic autoritas legum fundamentalium, aut verò* Majestas Serenissimi Magistratus *sarta tecta relinquatur? expendendum prudentibus Committimus.*

Quartò *pro conservatione & ratificatione* Corporis Doctrinæ *facit* Confirmatio Privilegiorum *hujus Ducatus ab Illustriss. Duce* Alberto Friderico *An. 1573. 8. Maii Ordinibus* Prussiæ *extradita, ubi verba confirmationis inter cætera sic habent:* zu förderst aber / der reinen Christlichen Religion / vnd darauff einhelligen / geschlossenen / verglichenen vnd bewilligten *Repetition Corporis Doctrinæ*, vnd Kirchen Ordnund wie die *Anno 1567.* vnd *An. 1568.* alhier in

4. Confirmatio Privilegiorum Ducis Alberti Friderici A. 1573.

vnser Stadt Königsbergk in druck außgangen / vnd *publiciret* worden / mit jhrer als vnserer getrewen lieben vnterthanen hulfflichen beystande / vnd zuthun / so viel jmmer an vns mit GOttes gnädiger verleihung / vnd jederman den armen / gleich wie den Reichen / ohn einiges ansehen der Personen / bey gleich / recht vnd billigkeit / Fürstlichen zuerhalten / auch wieder vnrechtmessige zu schützen / zuhandhaben vnd zuverteidigen / versprechende etc.

5. Confirmatio Privilegiorũ Electoris *Iohannis Sigism.* A. 1609.

Quintò. pro sospitatione, & Conservatione symbolici nostri libelli facit Confirmatio Privilegiorum *hujus Ducatus Anno 1609. à Serenißs. Electore* Johanne Sigismundo, *tum 12. Julii Ordini Equestri Prutenico extradita, hanc in sententiam: Confirmiren & c.* Demnach solches alles / für vns vnsere Erben vnnd Nachkommende Hertzogen in Preussen in bestendiger Form / art vnd weyse als solches geschehen mag / be

Chur

SOSPITATIVA.

Churfürstl. würden vnd gutem glauben versprechende gelobende / vnd zusagende / sie alle miteinander vnd einen jeglichen insonderheit / bey allem vnd jedem des Landes/vnd in specie etc. Churfürstlicher guter / heilsamer Ordnung etc. zuforderst aber bey der reinen Christlichen Religion / laut des H. Worts / Außpurgischer *Confeßion*, derselben *Apologiæ* , *Corporis Doctrinæ* vnnd Kirchen Ordnung / wie die *Anno* 1567. A. 1568. alhier in vnser Stat Königsbergk in Druck außgangen vnd *publiciret* worden etc. zuerhalten: *tum* ordini civico *20. Iulii Anno* 1609. *præstita* S. Wie wir denn hiermit vnnd in Krafft dieses vnsers Brieffes / in der bestendigsten maß vnd Form/für vns/vnsere Erben/Erbnehmen vnd Nachkommende Herrschafft/vnsere getrewe liebe Vnterthanen / bey Churfürstlichen

 chen

chen würden / vnd guten Glauben / in Krafft dieses vnsers Brieffs / versprechende / gelobende vnd zusagende / sie alle mit einander vnd einen jeden insonderheit bey allen jhren Rechten / Gerechtigkeiten etc. *Privilegien*, alten löblichen gebreuchen / in Religion vnnd *profan* sachen etc. nichts weniger auch bey den *Anno* 1566. vnnd *Anno* 1567. von den domahligen Königlichen *Commissarien*, *Confirmirten Recessen*, zu förderst aber bey der reinen Außpurgischen *Confession*, derselben *Apologia*, vnd darauff einhellig bewilligten vnd geschlossenen *Repetition Corporis Doctrinæ Prutenici*, vnd Kirchen Ordnung / So *Anno* 1567. vnd *Anno* 1568. alhier zu Königsbergk auffgerichtet vnd offentlich in den Druck verfertiget / vnd *publiciret* worden / vnge-

hinder

hindert vnd vnangefochten ruhig bleiben zu lassen.

DE POSTERIORI,

Posterius Consequentium genus subsequitur *exitiosum*, ac *noxium* *Corpori nostro Prutenico*, tùm ex Parte *Pontificiorum*; tùm ex parte *Sacramentariorum*, vel *Calvinianorum*.

II. Noxiū

De Pontificiorum modernorum insidiis & technis, quibus *Corpori* nostræ *Doctrinæ* jugulum petere satagunt.

Primò ex parte Pōtificiorū.

Vbi initiò solemniter protestor, me ex numero, ac censu hominum ejusmodi insidiosorum excipere Sacram Reg. Majest. in Polonia, *omnesq́* Dynastas ac Satrapas *inclutos Regni: facilè nam que apud nos excusatos omnes & singulos eos habemus; quotquot non δημιεργ & Architecti; sed à modernis* Pontificiis, Papæ Romani *Emissariis, & ju-*

ratis, Jesuitis *præsertim malè informati, ac circumventi, tale quid in præjudicium* nostræ religionis, *nostrorumq́ libellorum Symbolicorum decerni permittunt. Unicè itaq́ omnem culpam insidiarum, & veteratoriarum machinationum, quibus religio nostra, una cum Corpore nostræ Doctrinæ in discrimen adducitur, in Iesuiticam Cohortem rejicimus, eiq́ omne id malum in detrimentum exercitii pietatis nostræ vergens, acceptum ferre non dubitamus.*

Dupliciter.

Cæterùm duplicis *generis* argumenta *ex Parte* Pontificiorum *occurrunt, quibus* Corpus Doctrinæ *nostra petunt*: quædam *per* directum; quædam *per* obliquum.

1. Directè

Directè *jugulum Corporis nostri Prutenici petit argumentum illud, quod sic habet:* Ita permissus fuit usus religionis Lutheranæ in Privilegio Lublinensi *Anno 1569. ut juxta Formulam* Augustanæ Confessionis, *& ejusdem* Apologiam *tantum; non autem secundum* Articulos Schmalcaldicos (*si uti repetitio* Corporis Doctrinæ Ecclesiasticæ *de Anno 1567.*

conti-

continet) à subditis Ducatus Prussiæ vivatur.

Respond. 1. vim inferri Privilegio Lublinensi: Denominatur quidem Augustana Confessio, cum Apologiâ ejusdem pro libello Symbolico habenda, ab universis incolis hujus Ducatus; sed tamen exclusiva illa ibidem non additur, ut tantum juxta Commemorata illa scripta Symbolica ab Incolis hujus Ducatus credatur, & vivatur; ita videlicet ut Articuli Schmalcaldici excludantur, una cum integro Corpore Doctrinæ Prutenico.

Respons.

2. In quam doctrinam religionis, Communi Consensu Universi Ordines Prussiæ consenserunt; illius etiam conservatio vigore privilegii Lublinensis munita est: uti comprobant Privilegii Formalia. Iam vero omnes Prussiæ Ordines, in doctrinam Corporis Doctrinæ Pruten. unanimiter consenserunt Anno 1566. & A. 1567. E. Doctrina Corporis Pruten. Conservatio privilegii Lublinensis vigore munita est: & per conseq. non tantum Augustana Confessio cum Apologiâ; sed etiam ar-

 ticuli

ticuli Schmalcaldici *privilegii mu-nimento gaudent.*

3. *Interpretationem hanc Privile-gii additâ exclusivâ* tantum *pugnare cum* Confirmatione Regiâ Recessus *Anno* 1567. 14. Julii F. vnd dieweil vorgemelten Recessen zufolge etc. *ubi verbis disertis* Corpus Doctrinæ, *quale quidem ex Scripturâ S.* Augustanâ Confessione, Apologiâ *&* articulis Schmalcaldicis *constitutum est pro* Symbolo, *&* Normâ credendi *ac* vivendi promulgatur omnibus Prussiç Ordinibus, *idq; in* perpetuum. *Non autem verosimile est, Privileg.* Lublinensis *promulgationem, confi-mationi priori quapiam ex parte in pr-judicium, aut annihilationem lata esse.*

4. *Pugnare porrò interpretatione illam cum* scopo Postulati Illustrissimi Alberti Friderici, *omniumq;* Prussiæ *Incolarum: Hi namq; omnes,* singuli *petierunt Anno* 1569. Conse-vationem, *&* corroborationem Exercitii *illius* Doctrinæ, *quæ ante* bie-nium, *exstirpatis aliis sectis, pristi-*

uo nitori restituta fuerat in Corpore Prutenico, *scilicet* Anno 1567. *Et quod postularunt, id etiam impetrarunt munitum* Privilegio *à Sereniss.* Rege Sigismundo Augusto. *Ergò Privilegii beneficium non* ad solam Augustanam Confessionem, *ejusq;* Apologiam *restringendum, quin potius ad integrum* Corpus Doctrinæ *extendendum.*

Verba Privilegii non ad solam Augustanam Confessioně, ejusq; Apologiam extendenda.

Neq; officit mentio solius Augustanæ Confessionis, *ejusdemq;* Apologiæ: *id namq;* Synechdochicè *intelligendum, ut nominata* Confessione Augustanâ, *& ejus* Apologiâ; *reliqua scripta subintelligantur. Sic in* Recessus *Anno 1567.* Confirmatione *Regiâ,* Corpus Doctrinæ *dicitur juxta* Augustanam Confessionem *esse concinnatum §.* vnd die weiln etc. *Cum tamen ex suprà dictis constet, subintelligendam esse adhac* Apologiam, Articulos Schmalcaldicos &c. *sic in familiari usu loquendi nil frequentius, quàm Doctrinæ Lutheranorum indigitatio, mentione* Augustanæ Confessionis *innuitur: ubi nemo excluserit* Apologiam Confessionis Augustan, Articulos

Locutio Synechdochica.

Schmal-

Sensus Explicatorius.

Schmalcaldicos &c. *Est etiam sensus hujus formulæ loquendi* Explicatorius, *ita ut* Augustana Confessio intelligatur, *sicuti in* Apologiâ *ejusdem*, articulis Schmalcaldicis &c. *explicata est: Hoc sensu loquuntur auctores libelli nostri Epitomici §. Ad illam itaq; Confessionem nos etiam adjungimus, & eam recipimus in illo sensu, sicut in* Apologiâ, *in* Schmalcaldicis articulis &c. *& verbo Dei declarata est: ac existimamus non utile esse Ecclesiæ, varias novas Confessiones conscribere, cum melius, & utilius sit, unam & eandem retinere vid.* Procemium de Corpore Doctrinæ, *non procul à Calce*.

5. Articuli Schmalcaldici *pro libello harum Ecclesiarum* Symbolico *stabiliuntur ac asseruntur à Sacra Reg. Majest. In Recessu Anno 1617. 5. Augusti Regiom. dato, modò convitia & Scommata (quæ tamen in articulis Schmalcaldicis nulla) sint expuncta, & exclusa: salvo in cæteris omnibus libello* Corporis Doctrinæ, *ac omnibus aliis ejus capitibus: quæ sunt formalia §. cum in articulis Schmalcaldicis &c.*

6. *Insu-*

6. *Insuper* Corpus Doctrinæ (*una* *cum* Articulis Schmalcaldicis) *pro* *Normâ injungitur futuris* Inspectoribus, *ut intra limites* Augustanæ Confessionis, & Corporis Doctrinæ *sese* *contineant: in* Responso Regio *Anno* 1616. 10. Julii Regiom. §. *Ita tamen* *ne quid in* fidem Catholicam &c. *At* *vero Corpus Doctrinæ sine* Articulis Schmalcaldicis *non est* Corpus Doctrinæ: *sublatâ namq;* Parte *Principali* integrali, *totum esse desinit*, *vel ad* *minimum id integrum esse cessat.*

2. Indirectè.

Indirectè Corpus Doctrinæ *nostræ impetitur, quoties peregrina Privilegii* Lublinensis *Interpretatione* jus *religionis* Romano-Catholicæ *asseritur ceu* Primariæ, *ac* potissimæ *in hoc* *Ducatu: nostræ verò religioni adeoque* Doctrinæ Corporis Prutenici *detrahitur: nec non nisi* penes Papisticam *per* tolerationem, & permissionem *ejus ejusdem incolis hujus Ducatus relinquitur.*

Annihilatio Privilegii Lublinensis ex parte Pontificiorum.

Sed obtinente ejusmodi interpretatione, Privilegio Lublinensi *suus vigor, suusq; valor non amplius relinquitur*

tur sartus, tectus. Vigore namq; Privilegii hujus, Doctrina Corporis Prutenici, adeoq; religio nostra, jure suo per possessionem & usurpationem acquisito ab Anno 1525. A. 1530. & omnium maximè ab Anno 1566. 1567. & 1569. usq; ad Annum 1609. fuit perpetuo unica, ac principalis: quæ vero jam cogitur esse secundaria, & permissiva; vigorem privilegii illius non amplius conservari sartum tectum certo certius est. Nec eo ipso vigor Privilegii intemeratus relinquitur, quod liberum Exercitium Augustanæ Confessionis & Corporis Doctrinæ si adhuc concessum: Non enim conceditur solitarium; sed mixtum cum Papismo; Neq; conservandum decernitur sed duntaxat tolerandum; neque ut Principale; sed secundarium, ac minùs principale penes religionem Papisticam.

Religio Lutherana fuit unica, & principalis in hoc Ducatu ab A. 1525. 1530. usq; ad 1609.

Ast expendamus momenta rationum quæ Pontificii moderni, pro asserenda religionis Papisticæ jure in hoc Ducatu Magnatibus suggerere solent.

Examen palmariũ argumentorum Papisticorum.

I. Exclusâ violenter religione Rom

I. à læsio-

[R]omano-Catholicâ, *jus* Sacr. Reg. [Ma]iai. & Regni læsum erit dicendum.

Resp. Exclusionem religionis Papisti[c]*æ consensu Sacr. Reg. M. ac Regni fa*[ct]*am esse, vel exinde patescit: si namq;* [R]*ex Sereniß. cum Regno non consensisset;* [u]*tiq;* reclamasset: *reclamasse verò, un*[d]*e quis probabit?*

2. *Si quis jure suo cedit sponte, læsus* [d]*ici nequit, quâ jus suum:*

3. *Privilegium pro Conservatione* [r]*eligionis nostræ faciens, est non à re*[m]issâ, læsâ, *vel* violatâ; *sed* integrâ [v]oluntate *Divi* Sigismundi Augusti [pr]*ofectum: Quia igitur Privilegio ex* [in]*tegrâ voluntate profecto*, Sereniss. [R]ex *cum* Ordinibus *Regni* exclusio[ne]m *Papismi*; Conservationem *verò* [no]*stræ religionis confirmavit; pro vio*[le]*nto actus ille haberi nequit. Vti ergo* [vo]*lenti nulla fit injuria; ita nec læsio ju*[ri]*s ejusdem.*

4. *Pariter pro violento haberi ne*[qu]*it, quod pro beneplacito à* Serenissi[mi]s Regni successoribus Confirma[tu]m, & corroboratum est.

Objectio: ne Regii juris.
Resp.

5. Vnde

5. *Unde etiam jus* Privilegiatis *per quietum, & diutinum usum, ac exercitium religionis acquisitum perstitit; usq; ad novissima haecce tempora, extremè mala.*

6. *Ius verò Concedentis per immemorialem usum est sublatum.*

2. ab antiquitate, & priori tate temporis.

R.

II. Quae religio primitus hisce in oris floruit, ea jure potior habenda.

Resp. 1. à Primitate temporis, ad Primitatem rei vel caussae, non est robustè semper illatio. Nam & Ethnica *vel* Barbara *religio primitùs heic florui. Ergone potior jure habenda?*

2. *Distinguendum inter* jus commune, & singulare: *concedi forsa posset,* religionem Catholicam, *u tempore priorem, ita* jure *Commun potiorem esse: ast non jure* singulari *hoc namq; derogat legi jurig; Commun jure autem singulari h. e. peculiari* Pri vilegio *gaudere religionem nostram, supra allatis, & probatis patet; quo sa vo manente, manebit etiam religion nostra primitas sarta tecta, prae religi nib*

nibus quibusvis omnibus: utpote ex hoc Ducatu proscriptis, & relegatis.

3. *Illationem procedere præsuppositâ inter res Comparatas* existentiâ: *in verò res, quæ prior tempore fuisse dicitur, non amplius extiterit, sed esse adum desierit; idq́; accedente* superioris plenario consensu, *& promotione; potiori jure amplius gaudere non poterit.*

III. Primæva Investitura ratione Feudi fuit concessa, non alio jure, & conditione, quàm ut florens Catholica religio semper in Ducatu ærta tecta maneret.

3. à primævâ Investiturâ.

Resp.

Resp. 1. verum quidem, Investiturm ex parte durante *adhuc; non amplius verò* florente *religione* Pontificè *concessam esse* Anno 1525. *quod verò sub conditione religionis Catholicæ observandæ, aut retinendæ futuris temporibus concessa sit Investitura, id* nec unico apice probabitur.

2. *In* Pacificatione perpetuâ *Anno 1525. 8. April.* Craçoviæ *inter Sereniss.* Regem Polon. Sigismundum I. *&* Ducem Albertum *initâ,*

nulla additur cautela *de* Exercitio religionis Papisticæ *libero de* præsenti, *aut* imposterum strictè observando: *cum jam tamen innotuerit negotium reformationis paßim institui* Anno 1523. *&* *A.* 1524.

3. Nec aliqua hujus conditionis apparent vestigia in Approbatione *pacis perpetuæ* Cracoviæ, *Anno* 1525. *Aprilis.*

4. Nec in Renovatione *confirmatoria omnium* Privilegiorum *Ducatus Prußiæ à Div.* Sigism. I. Rege Mariæburgi *instituta A.* 1526. *pri. Trinit. Domin.*

5. Nec in Renovatione Vilnensi *pacis inter* Div. Sigismundum I. Regem *ejusq; filium* Sigismundum Augustum, *&* Ducem Prussiæ Albertum *Anno* 1529. 21. *Iunii: circa quod idem tempus* religio Papistica *ad* *tas fuit redacta, ac prorsus exstirpata* *hoc Ducatu.*

6. Nec posterioribus temporibus in Confirmatione præsertim Regiæ Recessuum *à DD.* Commissariis Regiis, *Ordinibus* Prussiæ *promulgatorum*

rum Regiomonti, Anno 1566. 5. Octobris.

7. *Nec in* Instructione, *&* Mandato *DD.* Commissariorum *Regiorum Anno 1566. 22. Octobris.*

8. *Neq; in* Confirmatione Testamenti *Illustrissimi* Alberti Ducis Prussiæ, *exarata* Grodnæ, *Anno 1568.* . *Julii.*

9. *Neq; in* Recessu *Regio Anno* 567. 14. *Julii* Regiomonti *Ordinibus* Prussiæ *extradito.*

10. *Neq; in* Privilegio Lublinensi, *uti suprà declaratum.*

IV. Si salvâ religione Romano-Catholica, eâq; ceu potiori reservatâ, penes illam *quoq;* usus *Augustanæ Confessionis* non tam approbatus, ac confirmatus; quàm potiùs *permissus est:* utiq; religio *Papistica* nunquam ex hoc Ducatu erat submota, nec submovenda.

4. à decreto tolerandi, ac permittendi *tantum* religionẽ Lutheranam penes Catholicam Resp.

Resp. ad antecedens negando 1. *quod tum temporis, quando usus* Augustanæ Confessionis (*præsertim accedente* Privilegii *Concessione ac munimento*) *erat introductus, salva fuerit,*

*vel superstes hocce in Ducatu religio Papistica : ante tempus enim illud fuit jam prorsus exstirpata, uti testatur A*gendæ Ecclesiasticæ Præfatio, *Anno 1530. in omnes hujus Ducatus Ecclesias introducta.*

Deinde *Anno 1566. & A. 1569 nulla amplius vestigia Romanensis Religionis hocce in Ducatu erant conspicua : quo quidem tempore Privilegi* Lublinensi *Exercitium nostræ religionis erat munitum. Non potest erg religio Papistica tempore introduct Confessionis Augustanæ, aut Constitu Corporis Prutenici, salva, sarta tecta statui ;* aut reservata, *ceu potior fuiss cum penitus hincce dudum fuerit ex stirpata.*

2. Negando, *quod usus* Augustanæ Confessionis *vigore Privilegii solummodò* fit permissus, *non verò con*firmatus & approbatus. *Contrà ve* primò *in Privilegio* Lublinensi *no tam* permissio, *quàm* confirmatio, conservatio *in* Perpetuum *religion* Augustanæ Confessionis, *ac Doctrin* Corporis Prutenici, *disertè promu*

gatur

gatur: *Nempè illis verbis:* Ob eam rem &c. Universam ditionem in hac ipsa doctrinâ religionis clementer conservare statuimus &c. *an vero* conservare *Provinciam universam in religione, explicari* jure *possit, & debeat per eandem in religione Orthodoxâ* tolerare, *vel ejusdem exercitium religionis non tàm* approbare *ac* confirmare, *quàm potius* permittere *ac* tolerare? *prudentibus judicandum relinquimus: Conservatio sanè rei alicujus præsupponit non solum ejusdem* approbationem (*si non internam saltim externam*) *sed etiam ipsam* defendendi, & protegendi *studium: id quod de nuda* permissione; *vel* toleratione *neutiquàm accipi potest. Et quod* permittitur, *illud suâ plerunque naturâ* malum, *odioque sæpissimè dignum sit, necessum est: quod vero* conservatur *à Deo, vel pio Magistratu,* bonum *omnibus est: sic Deus peccata* permittit, *ac hæreses ceu malum* morale *tolerat; impiè autem dicitur vel* peccata *alta, vel* hæreses conservare. *Sic* Magistratus permittit *in* Politia, *ac* tole-

In quantum Conservatio à permissione & toleratione differat?

rat plurimos excessus, plurimaq; delicta; impius vero esset, si hac conservandi, vel defendendi aut promovendi studio ducatur. Hinc, quia Serenissimus Magistratus *clementissimè nostram doctrinam* conservare *annuit, minimè ut* malum quoddam morale, *eam vel* permittendam, *vel* tolerandam *decrevisse omnino reputandum est.*

Deinde *sequentibus* : sicut & præsentibus literis nostris *nos* conservaturos imposterum, *pro* nobis *ac* Serenissimis successoribus nostris Poloniæ Regibus in *verbo Regio* promittimus, *ac* pollicemur. *Hinc validissima nascitur illatio* : Quicquid Conservatione in Perpetuum verbo Regio dignum judicatum fuit; *illud* nudâ permissione, aut toleratione contentum esse *nequit* : *ratio 1. quia* conservatio *rei includit*, protegendi & defendendi *eandem studium* : *quod de nudâ permissione accipi nequit* 2. *quia quod Privilegio munitur, non tàm nudè permittitur, quàm confirmatur* : *uti ex indole & genuinâ Privilegiorum conditione patet.*

Secu-

Secundò *hæc interpretatio* Privilegii *de negatâ* confirmatione *nostræ* [r]*eligionis è diametro pugnat cum* omnibus Recessibus *Sacr. Reg.* Majest. [P]olon. *quibus Religio* Augustanæ Confessionis *disertè Confirmata esse deprehenditur : videatur* Confirmatio Regia Recessus Anno 1566. *Confirmatio Regia* Testamenti Ducis Alberti [p.] *m. Anno 1567. nec non* Confirmatio Recessus *Anno 1567.*

Insuper *si Privilegii Pondus de* [C]onservatione *loquens, per modum* [p]ermissionis *ac* tolerationis *explicandum; Ergo nil erit reliquum amplius firmum ac stabile in omnibus* punctis, *ac* clausulis Privilegiorum, [q]*uod non per similem* permissionem, [&] tolerationem *explicari poterit.* [Q]*uo pacto sanè* auctoritas, *& pondus* [P]rivilegiis *detrahitur, & prorsus elevatur. Quibus ita expeditis, ac explicatis, parata cuivis erit ad* consequens *Responsio, cum jam constet* religionem solam Augustanæ Confessionis, Corporisq; nostri *vigore* privilegii, *non saltim* permissivè; *sed*

confirmativè, & conservativè *in solidum gaudere; utiq́ religionem* Papisticam *eo ipso submotam esse, certè sequitur.*

5. ab antiquis fundationibus, & Privilegiis.

V. Quod suis fundationibus, & Privilegiis constabat; violari nequaquam debuit. *Atqui* Religio Romano Catholica constabat suis fundationibus, & privilegiis. Ergò violari non debebat.

Resp.

Resp. 1. per Instantiam, *etiam religio* Gentilis *constabat suis fundationibus, & Privilegiis, uti in primi antecedente observavimus: cur ergò violata fuit à Christianis? Cur, inquam, destructis ac demolitis illius Idolis, abrogatoq́ cultu Ethnico, introduxerunt Christiano-Papisticam religionem in hunce Ducatum Aviti Dynastæ? Annon etiam religio* Judaica *suis constabat fundationibus, & Privilegiis & tamen abrogata est, hodièq́ passim in Europâ & Asiâ exterminatur: Annon religio* Idololatrica *in* Dan *&* Bethel *à* Jeroboamo *suis Privilegiis & fundationibus erat dotata 1. Reg. 12. Cur ergò à tribu Iuda, & Benjamin toties oppugnata*

gnata? immò à Prophetis gravißimè reprehensa, & tandem unâ cum Incolis divinitus exstirpata? Pariter sentiendum fuerit de Turcicâ, de Scythicâ, quæ suis fundationibus & privilegiis æquè gaudent. Ergone impeti à nemine debent? Eccur quæso Romano-Catholicorum omnia consilia eo collimant, ut vis religioni Turcicæ & Scythicæ inferatur? Proinde ab antiquis fundationibus & privilegiis non integrum est semper argumentari, ad immunitatem religioni debitam, præsertim de jure.

2. Per limitationem hunc in modum: Quod suis fundationibus & Privilegiis constabat, nec verò in fidem sinceram, bonosq; mores impingebat: violari nequaquam debuit. Et sic negamus Assumtionem de Papisticâ religione: haut inviti sanè concedendo licet, eam fundationibus, & Privilegiis constitisse; nequaquam verò admittendo eam fuisse quà fidem; sinceram, bonisq; moribus informandis congruam Quod enim religio Papistica tùm in fidem sinceram; tùm mores divinitùs

 nobis

nobis mandatos, multis modis impingat, suo tempore & loco à nostratibus sat abundè evictum est. Si itaq; religionem Idololatricam, & Baaliticam licuit exterminare, & impetere; idq; ideo, quia fidei sinceræ, morumq; doctrinam convellebat: cur non idem liceat de religione Papisticâ sentire?

3. Per distinctionem *inter* violationem *& piam* repurgationem, *&* reformationem *ab* erroribus. Illa *peragitur vi externâ & corporali:* hæc *vero medio* Spirituali, *videlicet verbo Dei.* Illam *ipsimet pronunciamus* illicitam (*præsertim in Novo Testamento abrogatis legibus* forensibus, *&* Ceremonialibus) Hanc *vero* licitam *praconio verbi Dei institutam: Cum ergò religionis avitæ ab erroribus* Papisticis *per Ministerium verbi* repurgatio, *vel* reformatio *ante 100 annos instituta sit: violata ideo dici non poterit.*

4. Per negationem violationis *ullâ ex parte commissæ. Commissa namq; fuisset violatio illa, aut respectu* supremi Directorii *Serenissimi* Magistra-

tus, *ac* ordinum *in Regno Poloniæ*; *ut respectu* Mediati, *in hoc* Ducatu, omniumque *ejusdem Ordinum*. *Non respectu* supremi *Magistratus ac* Directi: *siquidem consensus in abrogationem Papismi, & introductionem doctrinæ Evangelicæ, Serenissimi Magistratus, non ab ejusdem* remissâ *vel* coactâ; *sed* integrâ *voluntate erat profectus*. Deinde diuturna patientia cōcedentis Magistratus, frui subditos liberâ, & quietâ possessione, & usurpatione religionis; mutatur in legitimum consensum. *Non respectu* Magistratus *ac ordinum in* hocce Ducatu, *quia* omnes *& singuli à Maximo ad minimum: à supremo ad infimum in rejectionem religionis* Romano-Catholicæ, *& receptionem doctrinæ* Orthodoxæ *juxta Confessionem Augustanam*, Corpusque Prutenicum consenserunt: *uti loquuntur Formalia* Privilegii Lublinensis. *Vbi autem consensus undequaque liberrimus; ibi violatio nulla.*

Atque hæc sunt Palmaria rationum momenta, quibus moderni Pontificii

jus

jus avitum religionis suæ in hoc Ducatu assertum & propugnatum eunt: aſſ quantum eis tribuendum sit; ex hacte nus in medium allatis perſpeximus. Luce nimirum meridianâ clarius esse, Papisticæ religionis introductionem in huncce Ducatum, nullo jure antiquo niti: Nil namq; tale quid ab An. 1525. usq; ad A. 1609. probare poterunt Pontificii; quin contrarium nos facili negotio, idq; prægnantiſſimis rationibus probatum dediſſe superiora sat abunde loquuntur.

Introductio Papatus denuò in Ducatum Prutenicum, nullo jure avito nititur.

Speciosius multò cauſſæ ſuæ patrocinarentur, si unicè ad nova novę transactionis pacta confugerint, quibus cautum est religionis Papisticæ liberum exercitium in hoc Ducatu. Iacto hujus re fundamento A. 1603. & A. 1605. per legatos Electorales Brandeburgicos e Marchia Varsaviam expeditos. H namq; de ſucceſſione Sereniſſ. Elector Joachimi Friderici in Feudo Prutenico Regiam Mtem solicitantes cu urgerentur in cauſſâ religionis compromiserunt 11. Martii A. 1605. 1. Exercitium religionis Papisticæ liberum, 2. S

Legati Marchiaci cauſſa introducti Papatus An. 1603. & A. 1605.

cel

Sacella & oratoria ubivis, tàm in confiniis quàm alibi integra & tuta 3. Jura Patronatus *Pontificiæ religioni addictis libera, quoad usum religionis Papisticæ* publicum: 4. Promotionem *Papicorum ad officia 5. unum atq; alterum* templum, *pro Exercitio religionis Papisticæ, 6.* Calendarii *Gregoriani* receptionem &c.

Hinc in conventibus Prutenicis *Anno 1609. & Anno 1612.* Commissarii Regiæ *Mt. omnia illa ex compacti promissa, ceu rem dijudicatam urserant. pro eorumq; Complemento tùm apud Sereniss. Electorem* Johann. Sigism. *tùm apud universos hujus Ducatus Ordines sedulò institerunt: Id quod etiam Cautio* Legatorum *Electoralium Anno 1611. spopondit in Comitiis* Varsaviensibus Mens. Novembr.

Cæterum duo contra novationem *ejusmodi imprimis faciunt:*

Primum *Ordinum hujus Ducatus* protestatio, exceptio, *& ad pristina* privilegia provocatio: *uti namq; in* comitiis, Marchitarum *promissa in præjudicium nostræ* religionis, *impetranda,*

Novæ transactioni opponenda. 1. protestatio Ordinum Ducatus, & cautela disertis verbis expressa.

da Regionis *ergò profecta: ita* invitis *pleraq; complementum ac successum postmodum sortita sunt.*

Huc spectat Ordinum Ducatus Prussiæ ante immißionem Sereniß. Electoris Joachimi Friderici *solicitatio* Varsaviæ *Anno 1605. ne in transactione cum Illustrißimo Electore* Ordines *hujus Ducatus aut* Posteritas *illorum, ullum* præjudicium, imminutionem *aut* detrimentum *patiantur, sed* ut juxta normam, & præscriptum Privilegiorum suorum, justè, *&* liberaliter gubernentur, *neve* novis impositionibus, *&* oneribus graventur.

In solicitatione A. 1605.

Deinde *in hanc sententiam loquuntur literæ* Ordinum Prussiæ *ad Regiam Mtem Polon.* 11. Novembr Regiom. *dat.* Anno 1611. *quibus quidem in immißionem & investituram præviamq; successionem Sereniß̈imi Electoris* Johann. Sigism. *in Feudum Prutenicum consensum suum haut obscurè declarant; sed* salvis *tamen* per omnia *omnium* Ordinum Ducatu priv

2. in Literis ad Reg. Mt. A. 1611.

privilegiis, juribus, immunitatibus, Responsisq; Regiis.

Tertiò *huc spectant* Reversales *Ordinum Prussiæ* Litteræ, Anno 1612. 31. Maii, Dn. Commissariis Regiis extraditæ; *in quibus sententiam suam subindè repetunt; quod qui quidem in omnes transactiones Conventuum consenserint; ita tamen, ne* juribus, & *libertatibus, antiquisq;* Privilegiis *suis, quemadmodum &* Testamento *inclutæ memoriæ* Alberti *primi in* Prussiâ *Ducis; tùm* Responsis Regiis, *aliisq; jurium suorum* confirmationibus, *quicquam ullâ in re hisce derogetur. Et post, sequentia ibidem leguntur:* Si quid etiam contra jus, formam regiminis; Testamentum Commemorati inclutæ memoriæ Alberti Ducis, aliaq; jura, & Privilegia nostra interim intercessisset, obrepsissetq; *eadem corrigantur; in integrumq; prius restituantur;* cujus rei curam, executionemq; ad Serenissimos Reges, pro tempore existentes, *ac* Regnum *tanquam* supremos, & Directos Dominos, Patronosq;,

3. in Litteris Reversalibus An. 1612.

ac

ac defensores nostros, delegavimus, pertinereq; volumus.

4. in Formulâ juramenti Ordinũ Ducatus. A. 1611.

Quartò huc pertinet Formula juramenti Ordinum Prussiæ in transactionem Conventus Prutenici, Anno 1611. sed salvis juribus, libertatibus, ac Privilegiis: vel, uti habent juramenti Formalia: Juribus tamen, libertatibus, Privilegiisq; nostris, & Ducatus hujus salvis manentibus.

5. in Cõventu Regiomontano A. 1612.

Quintò Decreta Dn. Commissariorum Regiorum, Anno 1612. salvis Privilegiis, & juribus Ducatus accepianda, & approbanda esse, unanimiter concluserunt in Regiomontano Conventu Ordines hujus Ducatus.

II. Respõsa, & Decreta Regia.

Alterum quod novationi illi jure optimo opponendum, sunt Responsa, & decreta Regia, in gratiam Ordinum Prussiæ promulgata, quibus omnibus antiqua Privilegia (ac inter hæc Lublinense) Decreta, ac Recessus corroborantur, ac ratificantur.

1. in Responso Regio, A. 1605.

Primum namq; ad Solicitationem Ordinum Prussiæ A. 1605. in negotio successionis Electoris Joachimi Friderici in Feudum Prussiacum; sequenti

ia Sacr. Reg. Majest. *reponit*: Ad ea
acra Reg. Majestas, *pro sua in Pro-
inciam istam* (Prussiacam) *& Ordi-
nes illius propensa voluntate, & amore*
mnibus ipsorum incommodis, au-
ctoritate suâ Regiâ mederi; Juriumque,
ac privilegiorum *ipsorum* in-
demnitati prospicere, *ac* simul jus
supremi Dominii *sui sartum tectumq;
conservare volens, ita respondet*: Pro-
spectum iri non solum juri, digni-
tati & necessitatibus Illustrissimi a-
gri Principis, consortisq; *Illustri.
ejus*; *sed etiam ut* imminutiones *o-
mnes* Privilegiorum *Ordinum ejus-
dem Ducatus*, si quæ in hunc diem
sint factæ, & adaucta gravamina *o-
mninò tollantur*: Jura verò omnia,
Pacta, Privilegia, *donationes, liber-
tates, immunitates*, Recessus, *ac* in-
scriptiones, *quæ Incolis Ducatus* Prus-
siæ *ab* ordine Teutonico, *& à* Sere-
nissimis Poloniæ Regibus, Sacræ
Regiæ Majestat. antecessoribus, *eo-
rumq;* Commissariis, *justè & legitimè
concessa ac deniq; ab Illustrißimâ domo
Brandeburgicâ data, & approbata sunt*;

In omnibus punctis, & Clausulis *suis* firmissimum robur obtineant; *ne* quicquam illis quovis prætextu derogetur.

Imprimis autem illis cavebitur, *ne quicquam* transactione *inter Sacram Regiam Majestat: & Illustrissimos Marchiones ratione* Curatelæ, *aut* successionis, *nunc de* præsenti *inita*; *& de* futuro *ineunda* per reliquas conditiones, *quæ ratione Vasallagii Illustritatis suæ præstandæ Majestati Regiæ obveniant, aut obventura sint: in illâ* parte quovis modo *denominati ordines* prægraventur, & ut debito libertatis statu ordines *eò securius fruantur*; nihil omnino Novi *atq;* insoliti contra ipsorum jura, & Privilegia introducatur, &c. *Id quod Decretum S. R. Mtis Ordines civitatenses in Conventu* Regiomontano *A. 1612. vehementer contra* novationes *urserunt.*

2. in Responso Regio A. 1606.

Deinde in Responso Sacræ Reg Majestat. *Legatis* Prutenicis *2. Maii An. 1606. dato Clementissima extatuendi* antiqua Privilegia propensi *in*

in hac verba: Cupit S. R. M. Majorum suorum Divorum Poloniæ Regum beneficia, *h. e.* jura, libertates & *Privilegia* (*uti §. antecedenti explicatur*) non modò nunquam minui; *verùm etiam*, si ita expediat, Regiâ suâ liberalitate augeri.

Tertiò *in* Assecuratione caussarum Prutenicarum *A. 1612. 2. Maii, ex consensu omnium Ordinum* Ducatus Prussiæ, *Sacra Reg. Majestas solemniter spopondit:* Electoris Johann. Sigismundi Investituram, & Successionem *in Feudo Prussiaco, non modo* Juribus, Privilegiis & Prærogativis *Ordinum*, cujuscunq; status, & *conditionis præjudicare non debere; verùm etiam eo ipso, quod & voluntate, assensuq; Ordinum facta sit, tantò magis robur, & firmamentum temporibus perpetuis obtinere.*

3. in Assecuratione caussarum Prutenic. A. 1612.

Quartò *in Recessu Commissionis* Regiomontanæ A. 1612. 29. Maii, *Sacr. Reg. Majestas decernit: in Universum,* jura, privilegiaq;, libertates, immunitates omnes, *tàm Universorum Ducatus hujus Ordinum;*

4. in Recessu Cōmissionis A. 1612.

quàm singulorum, sarta tecta conser-
vare.

Ex quibus omnibus cuivis iterum
in promptu colligere est; num jure, an
potius de facto, religio Romano-Ca
tholica in Ducatum huncce irrepserit
Si jure; utiq; aut vigore veterum Pri
vilegiorum, & Recessuum: aut te
nore novorum Pactorum; Non vig
re illorum; quia ab Anno 1525. us
ad A. 1605. nil juris pro suâ religi
ne evincere poterunt Pontificii
hoc Ducatu; Contra verò pro nostra r
ligionis jure, diutinus, ac quietus
isq; immemoralis fermè usus loqu
tur, qui ideò etiam omni jure op
mus Privilegiorum Interpres e
Non tenore recentium Pactorum
quia hæc dicuntur esse inita salvis Pr
vilegiis; Recessibus, ac decre
Pristinis; adeò ut nil omnino No
contra jura & Privilegia avita i
troducendum sit: Ast num nil no
introductâ religione Papisticâ, atten
tum sit; Deo ipsi, ceu justo vindici,
Arbitro æquissimo, dignoscendum co
mittimus; parati intereà Patienti ani
tole-

olerare ex justo DEI judicio dissemi
nata Zizania inter triticum; malos
pisces admixtos bonis; hædos oviculis;
lupos bonis Pastoribus; omnis generis
adhæc ærumnas, pressuras, & Persecu-
tiones ab adversâ Parte nobis imminen-
tes; nec quod humanis viribus præsi-
diisq; amplius imutari haud posse proh
dolor! deprehendimus; in solidum ab
admirandâ sapientiâ, ac providentiâ
divinâ mutandum expectare.

DE CALVINIANO-
rum Fraudulentis *Machinatio-*
nibus, quibus Corpus Doctrinæ Prute-
nicarum Ecclesiarum impetere,
& deprimere allabo-
rant.

Quemadmodum Satanas ipse, quo-
vis Ecclesiæ, necnon sinceræ religioni
iacam dispendiumq; inferre molitur:
nunc colubri formam mentitur, quò
fallat ndiatur; nunc Leoninam induit,
quò terreat, rapiat & trucidet: ita
Emissarii Satanæ imprimis Sacramen

 tarii

tarii dispendium Ecclesiis religioniq; nostræ illaturi, duplici illo utuntur stratagemate; Jam namq; lubricorum anguium, ac vulpecularum instar nostræ adblandiuntur Doctrinæ; consensum in rebus fidei per omnia crepant; formulis loquendi Orthodoxis in homiliis ad Plebem utuntur; ad nostros insuper libellos symbolicos provocant: Jam verò exsu tâ vulpinâ, si sub ejusdem Schemate vel nil obtinuerint; vel compotes vo ti facti fuerint; lupinam ac Leoninam induunt; tuncq; religionem nostram ceu hæreticam damnant diris devoven in symbolicos etiam libellos nostros ace rimè invehuntur; eosdem traducend Scommatum & aliarum criminati num accusando; at insuper proscriptum abrogatumq; prorsus curando.

Calviniani duplici stratagemate Orthodoxã Religionem impugnant.

Vtriusq; Stratagematis specimen c hors Sacramentaria circa Corpor Doctrinæ nostræ impugnationem, s perioribus, & proximè elapsis annis manifestò edidit, ac probavit, eid partim adblandiendo vulpinam m siendo; partim vero jugulum ejusd petendo detectâ lupinâ, & leoninâ.

Ac vulpinam quidem mentiendo prodeunt, quotquot ad Augustanam Confessionem *ceu libelli nostri Principalem partem integralem provocant, communemq; consensum in fidei fundamento nobiscum jactitant: ubi rapaces ungues in recessu occultant; subintelligentes* Augustanam Confessionem *vel auctore* Zvvinglio *profectam; vel* mutatam *aliquoties; adeoq;* spuriam. *Attentatum hoc fuit à* Calvinianis *Anno 1617. edito heîc peculiari tractatu, sub nomine Serenissimi Electoris* Johannis Sigismundi; *ad quem* Necessaria, *eaq; solida responsio à* Regiomontano Ministerio *reposita prodiit eodem anno.*

Attentatum Calvinisticum Vulpinâ indutâ A. 1617.

Deinde vulpinam *mentitur* Bergius, *qui in vestibulo* wiedertyposeos *sua non solum ad* Augustanam Confessionem; *verum etiam ad* Corpus Doctrinæ Prutenicum *sine omni fronte, sine Conscientiâ audacter provocat; ac si nil diversum ab eodem, nilq; ei adversum* tûm *in concionibus illis,* tûm *alibi docuisset. Sed quis non animadvertit occultatos* ungues lupinos *ac*

Bergius Vulpes.

Bergius lupus.

Leoninos? *qui modo singulorum articulorum pertractationem in Concionibus illis cum nostro* Corpore Doctrinæ *contulerit; ac inprimis studiosè expenderit disputationes* Bergianas *præsertim de* prædestinatione; *de* controversiâ Sacramentariâ; *de Christi* Personâ; *maximè verò omnium Conciones de* Cœnâ Domini, *ubi non modò à Doctrinâ* Augustanæ Confessionis, Corporisq; Prutenici Bergius *longißimè divaricatur; sed etiam nostras Ecclesias, nostrosq́; Theologos à vinculo fraternitatis excludit: Sic enim scribit in Posteriori Concione:* Di können wir warlich/ so lang sie auff solchem harten Sinn beharren (*h. e. quamdiu Doctrinæ* Augustanæ Confessionis, Corporisq; nostri *tenaces perseverarint*) **für unsere Brüder nicht erkennen.** *Subita sanè metamorphosis Caudæ vulpinæ in ungues lupinos ac leoninos! illâ suavißimè nostris Ecclesiis adblandiebatur, usq́; tum plurimi in nassam errorum pertraherentur, & allicerentur; hisce verò terret: utrisq́; autem exitium machinatur.*

Lu-

Lupinam & Leoninam induunt, qui in odium Corporis Doctrinæ Pru-tenicarum Ecclesiarum *inflamman-tur; idem* turpiter *traducunt, vel ex-tenuant, vel deniq́ gravißimis crimi-nationibus apud Magnates onerant: Ad hanc classem pertinent* primò *o-mnes illi sive* manifesti, *sive* crypto-Calviniani, *quotquot* Corpus Do-ctrinæ Prutenicum *exoso traducunt titulo, per convicium idem appellitantes* die Preusche Cathrinchen: *fece-runt hoc ipsum* Calviniani *ante ali-quot annos in hoc Ducatu, idq́ eo unicè fine, ut animos simpliciorum à doctrinâ libelli hujus redderent adhucq́ reddant prorsus alienos: non absimili fermè au-su, & facinore, quàm quo olim* Formu-lam Concordiæ *gens* Sacramentaria *dehonestare, & decolorare non reverita fuisse deprehenditur. Id quod sanè ar-guit ingenium* Calvinisticum *partim profanum; partim empecticum, ideoq́ merito suo in censum illorum referen-dum,* per quos via veritas maledictis afficitur; quibus judicium jam olim non tardat, & perditio illorum non

Manipulus luporum Calvinisticorum.

1. Corpus Doctrinæ subsannantium.

dormitat; *qui* etiam his, *quæ* non intelligunt, *aut sanè intelligere recusant*, maledicentes, in perditione suâ peribunt, *2. Petri 2. & 3.*

2. Corpus Doctrinæ *extenuantium.*

Secundò *ad factionem istam pertinent illi* Calviniani, *qui* Corpus Doctrinæ Prutenicum *extenuant, ejusdem auctoritatem & Pondus elevant, ac deprimunt; ei verò vel furfuris* Calvinistici *libellos; vel hisce non absimiles tractatus anteferre non dubitant: ceu sunt* Catechesis Heidelbergensis *aliaq́ scripta à* Marchiacis Deformatoribus *edita. Nuper etiam quidam* Lucifuga *in cartis suis* Corpus Doctrinæ *nostrum sat scelerato ausu, maledicaq́ crenâ insectari ausus, ceu à* Scripturâ *S. &* Augustanâ Confessione *alienum; adeoq́ multis erroribus refertum: Contrà verò* Agendam Ecclesiasticam *A. 1558. ei præferre, ceu hypotyposin Sanorum verborum haud veritus est: sic inter alia p. 2. scribens:* Wenn man solche Kirchen Ordnung (*A. 1558.*) wird ansehen/ vnd in der Furcht GOttes betrachten/ so wird sichs befinden/ das dieselbige in der Leh

Lehr vnd Ceremonien / reiner / vnd gesunder sey / als das hernach außgegangene / vnnd jtzt allda in Kirchen gebreuchliche *Corpus Doctrinæ*, vnnd das die folgende gedancken nicht besser gewesen / sondern das man nur weiter von der heyligen Schrifft/wie auch von der Augspurgischen *Confeßion* abgewichen. *Quam quidem criminationem suprâ, in* primo *circa antecedens* septimum, *&* secundo *membro, satis superq́ repulimus, ac profligavimus: idoq́ heîc nil ulterius addimus.*

3. Corpus Doctrinæ criminantium.

Tertiò *lupinam & Leoninam manifestò produnt, & exserunt illi* Calviniani, *qui gravißimis criminationibus sub Calumniarum & scommatum prætextu,* Corpus *nostrum* Prutenicum *apud Magnates prægravant, & animo prorsus hostili accusant. Tale quid attentarunt, immò patrarunt Parastatæ* Calvinianorum Varsaviæ *A. 1616.* Corpus Doctrinæ Prutenicum *eo nomine accusando apud* Sacr. Reg. Majestatem, *Ordinesq́ Regni, quod multa Scommata, vel convicia in* Romanum Pon-

Pontificem *contineret*; *intuitu*, *ac complexu articulorum* Schmalcaldicorum. *Qua de re extat singularis* Paragraphus *in* Recessu Commissionis Regiomontanæ A. 1617. 5. Augusti, *in hac verba:* Cum in articulis *Schmalcaldicis* multa Scommata in Religionem Catholicam Romanam, Dominus *Jaschkius*, unà cum aliis *DD. Legatis Electoralibus Anno 1616.* cum Decreta S. R. Majestatis tum ferebantur, coram Illustribus Dominis Deputatis S. R. Mtis contineri confessus esset: Quapropter ea, S. R. Mtas expungi, Decreto suo Regio jussit: Salvo tamen, in cæteris omnibus libello *Corporis Doctrinæ*, *ac* omnibus aliis capitibus. *Quâ vero occasione, quaq; intentione* à Calvinianis *hoc attentatum fuerit*, *paucis in gratiam Lectoris commemorare juvat.* *Successione in Feudum* Prussiacum *à Serenissimo* Electore Brandeburgico Johanne Sigismundo *impetratâ*; *successum simul religionis suæ prosperum certò futurum sperabant* Calviniani: *eam proinde ad rem*

promo-

promovendam nulli oleo, nulli operæ pepercerunt, instituto religionis suæ publico exercitio; multisq; ad ejusdem frequentationem ex Ordine Prussorum illectis, & persuasis. Vbi verò ab alterâ Parte urgerentur, nemini illorum quotquot à Confessione Augustanâ, imprimis verò à Corpore Doctrinæ Prutenico divortium facerent, è contrà vero Calvinismum profiterentur, ad publica officia obeunda promotionem esse sperandam; cum omnium maximè, Calvinistica hæresis ipso jure ex hoc Ducatu esset proscripta & relegata. Calviniani id immane quantum! ægrè tulerunt, animumq; suum vindictæ cupidum, in sanctissimum innocuumq; libellum nostrum symbolicum Corporis Doctrinæ converterunt; quem etiam turpiter apud S. R. Majestatem Ordinesq; Poloniæ publicitus prodiderunt, scommatum, & Calumniarum in Pontificem Romanum, ideò, quod is AntiChristus audiret, redundantium, feracem accusarunt; ac insuper penitus ex censu libellorum Symbolicorum deleri, ac tolli postularunt. Quæsiti à Regia

Proditio Calvinistica Corporis Doctrinæ.

Regia Majest. non fine admiratione, cur tantoperè Pontifici Romano patrocinarentur? num forsan essent Catholici, ac Pontificem Romanum more aliorum Catholicorum pro Ecclesia Capite agnoscerent? negando quidem responderunt: addendo autem, se, ceu homines mansuetos scil. Scōmata ejusmodi in Articulis Schmalcaldicis, adeoq; Corpore Doctrinæ comprehensa; æquo, ac patienti animo perferre minimè posse; eoq; nomine abrogationem Corporis Prutenici etiam atq; etiam urgere.

Exemplū memorabile Praxeos Calvinisticæ dolosæ.

Cæterùm Sacr. Reg. Majest. animadversâ Calvinianorum, quippe non tàm Romani Pontificis à Scommatib. liberationem; quàm sublato Corpore Prutenico, hæreseos suæ liberam, & impunem in hocce Ducatu grassationem unicè quærentium manifestâ fraude, Scommata, si quæ essent delere; ipsum verò Corpus Prutenicum sartum tectum conservari decrevit.

Quo responso percepto, Calviniani confusi, re infectâ, abire necessum habuerunt: novum tamen onus dolo-

jeu-

ejusmodi machinamento in Ecclesias nostras, præcipuè verò in humeros Theologorum derivarunt: dum jam taxatio Papæ Romani Antichristi titulo pro convicio, & Scommate habetur à Pontificiis. Vbi primùm rationem reddere tenebuntur patrati hujus nefarii, non solùm coram Deo, cujus caussam perverterunt, tenebras in lucem; malumq; in bonum commutando, sed etiam coram Ecclesiis Calvinianis; quippe quarum Antistites contra Papam Romanum, seu AntiChristum grandiora volumina conscripserunt; v. g. Sutlivius, Danæus, Fran. Junius; Povellus, Graserus &c. Siccine ergò & hi convicii, vel calumnirum Crimine onerandi?

Titulus AntiChristi, non est Scomma, vel convicium.

Deinde Veritas in Scripturis Sacris patefacta pro Convicio vel scommate haberi non debet: Quod autem Papa Romanus sit AntiChristus, est veritas in Scripturis Sacris patefacta, 2. Thessal. c. 2. vers. 4. 1. Joh. 2. v. 18. quæ insuper nomen Antichristi cum meretrice Babylonicâ permutat, Apoc. 17. v. 14. & c. 19. v. 2. Vbi per urbem Septicollem

collem (cap. 17. v. 18.) Romanam Babylonem expressam esse, tradunt B. Tertull. lib. adversus Judæos ; *Hieronym.* in Epistol. ad Marcellin. *&* Aglajam ; *Augustin.* lib. 16. de Civit. Dei cap. 17. & lib. 18. c. 21. 22. 27.

3. *Numné ergo &* Synodi Remensis Anno 991. *celebratæ ; aut etiam* Romani Concilii *Anno 940. salutatio* Papæ Romani *titulo* Anti-Christi *pro Convicius, aut Scommate haberi debet ?*

4. *Cur non ejusdem criminis* Papa Gregorius *reus agitur ? ex cujus sententiâ hodieq;* Papa Romanus *merito suo ob idem denominationis fundamentum* Antichristus *appellatur : vid.* lib. 4. Epistol. 36. ad Eulogium Alexandrinum, *&* Anastasium Antiochenum Episcopos: *&* lib. 6. Epistol. 30. *ad* Mauritium *Imperatorem ; nec non* lib. 4. Epist. 32. & 34.

5. *Mirum* insuper, *quod eam ob rem* Episcopus Bipontinus *nullius convicii, aut Scommatis erat accusatus, quod in publicâ oratione Tridenti in Concilio habitâ, de* Papa, Prælatis, Patri-

Patribusq; Concilii; inter cætera Papam Romanum non dubitarit vocare Antichristum; verba post alia præmissa, sic sequentia habent: Quibus turpitudinum monstris; quâ sordium colluvie; quâ peste non sunt fœdati, non corrupti in Ecclesiâ S. Dei & Populus, & Sacerdos?

In vestro judicio causam repono, Patres, & à Sanctuario Dei incipite, si ullus jam pudor, si ulla Pudicitia; si ulla superat benè vivendi, vel spes, vel ratio: si non libido effrenata, & indomita; si non audacia singularis; si non scelus incredibile? Heu! quomodo obscuratum erat aurum; quomodo mutatus color optimus? Nam duæ illæ sanguisugæ, quæ semper clamant: ADFER ADFER, altera mater, altera nutrix omnium malorum, Cupiditas, in quam, & Ambitio, utraq; subtile malum; utraq; secretum virus, pestis & monstrum orbis: dum ab iis, quos tanquam vivas, & animatas leges sequi oportuerat, virtus, ac doctrina, vitium, & ignorantia eorum loco summis extolluntur honoribus: effecerunt tandem, ut

ædificatio in destructionem; exemplum in scandalum; mos in corruptelam; Custodia legum in contemtum; severitas in relaxationem; misericordia in impunitatem; Pietas in fucum & hypocrisin; prædicatio in contentionem & rixam; Festum in turpißimum mercatum (grave hoc est, ut uno verbo dicam) vitæ odor in mortis odorem infelicißimè commigraverit. Quid mirum si inde, & dispersæ sunt oves, & erraverunt in cunctis montibus, & agris & potentiores quidem ab auctoritate in dominium; à Dominio in Tyrannidem; à jure in injuriam; à sceptro in virgam ferream; à Dei cultu in impietatem; à tutelâ Ecclesiæ ad internecionem; à modo ad libidinem; à ratione ad nutum; à tributis ad importabilia onera; à pace ad bella crudelia; à simplicitate ad dolos; à Prudentia ad malitiam; à libertate ad luxum; à Parsimonia ad avaritiam; ab ornatu ad Pompam; ab obedientia ad apertam rebellionem conversa sunt! Vtinam non à religione ad superstitionem; à Fide ad Infidelitatem; à Christo ad ANTI-

CHR-

CHRISTVM quin à Deo, ad Epicu-
rum vel ad Pythagoram, velut pror-
sus Vnanimes declinassent, dicentes in
corde impio, & in ore impudico: non
est Deus? Neq; jam dum fuit Pastor,
qui requirat, Patres! non fuit, inquam,
qui requireret: quia omnes, quæ sua sunt
quærebant: quæ Iesu Christi, ne Vnus
quidem, &c.

Omnibus proinde Veritatis Confes-
soribus B. Lutheri admonitio semper in
conspectu habenda ex Tom. I. Jenens.
fol. 353. fac. 2. Wolt jhr nicht von
gantzem hertzen des Bapsts lester-
lichem Regiment wiedersprechen /
könnet jhr nicht sehlig werden.
Denn des Bapsts Reich / ist so gar
dem Reich CHRisti / vnd Christ-
lichem leben zu wieder: das besser
vnd sicherer were in einer Einöde /
da kein Mensch zu sehen / zu leben /
denn in / vnd vnter dem Antichristi-
schen Reich zu wohnen.

Darumb sol sich ein jeder Christ
wohl fürsehen / so lieb jhm seiner
Seelen sehligkeit ist / das er Chri-

stum nicht verleugne / welches ge-
wiß geschicht / wo ers mit den
Papisten helt ; Also das ein je-
der / der jhm jhre *Religion*, vnd
falsche Gottesdienst in der Kir-
chen / wie sie heutiges tages vn-
term Bapsthum im brauch ge-
hen / gefallen lest ; vnnd jhren
kräfftigen Jrrthumb nicht thut
wiedersprechen ; muß ewig in
jenem leben verlohren sein. Wo
er aber jhnen wiederspricht / mus er
gewißlich fahr seines Leibs / vnnd
Lebens erwarten. Jch wil aber (*ad-*
dit ibidem Dn. Lutherus) lieber in
dieser Welt allerley Fahr erwarten/
deñ mein gewissen mit stilschwei-
gen beladen : dafür ich müste
GOtt rechenschafft geben (wo
ich darzu stilschwiege. *Sicq; urgen-*
cumprimis Confeßionis neceßitate, in
casu; cum B. Luthero ex Tom. 6. Je-
nens. fol. 521. fac. B. *sub finem* Arti-
culorum Schmalcaldicorum *pronun-*
cia-

andum: Das ist der Artickel/ darauff ich stehen mus/ vnd stehen wil/ bis in meinen Todt/ ob GOtt wil! vnd weiß darinnen nichts zu endern/noch nachzugeben. Wil aber jemand etwas nachgeben/ das thu er auff sein gewissen.

Atq; hac fuerant Consequentia, *ecturam, & exterminium* Corpori Doctrinæ Prutenicarum Ecclesiarum *publicitùs intentantia: dantur præterea plura alia, utpote ex parte* Anabaptistarum, *&* Arianorum *non minus Symbolico nostro libello inserta: quia tamen hactenus publicè Ecclesiis nostris nullum facessebant negotium; prolixiore de iis dissertatione supersedendum ducimus.*

Ex huc usq; autem in medium allatis, ac probè expensis, facies Ecclesiæ ac status *in hoc Ducatu ab ipso inde primordio, usq; ad præsens seculum, facili negotio cuivis non potest esse non perspectus.*

Delineatio Status Religionis & Ecclesiæ in Ducatu Prutenico Quintuplicis.

Primus Status Gratiosæ vocationis ac illuminationis

Ac primus quidem status aptè vocari poterit Illuminationis, Die zeit der Erleuchtung / vnd gnädiger Heimsuchung. dum exterminato Paganismo ante 400, ut & exstirpato Papismo ante 100 annos, ingen Dei clementia, & divina Misericordia ac φιλανθρωπία elucere erga Ducatum huncce, grato animo conspicuu depraedicanda, & celebranda; quâ n non secundum merita, ac opera nostr sed ex mera gratuita bonitate in tene bris plusquam Cimmeriis Ethnicism nec non densissimis erroribus Papism cespitantes, prævenire, ex alto v sitare, nec non lumine verbi sui coll strare, ex Carcere tenebricoso errorum ex viâq; salebrosâ, & exitiosâ impi rum dogmatum, in Regnum suum Gr tia viamq; salutis, ac Pietatis deduce dignatus est.

Et quia Centenarius iste ab An 1525. ante cujus spacium religio Orth doxa à primâ ejusdem restauratione reformatione, usq; in præsentem An 1625. felici satis successu, divinâq; so tante benedictione hocce in Ducatu,

...t non semper citra omnis generis ἐμπο-
...σμάτα, propagata, & conservata est;
...d finem fermè decurrit; novumq́ se-
...lum in hoc Ducatu religioni nostræ
...ησιῶσ Lutheranæ ingruit; non modò
...ne gratiarum devotâ actione DEO ter
...ptimo Maximo, ceu auctori, & largi-
...ri benignissimo thesauri cælestis o-
...nium pretiosissimi, auroq́ Cuivis
...æferendi, nempè purioris Præconii
...erbi sui, ad nostra usq́ tempora cle-
...enter indulti, Conservati, & Propa-
...ati; ab omnibus huius Ducatus incolis
...ræterlabi, ac desinere, non permitten-
...us; verum etiam ardentibus pro ulte-
...ori beneficii hujus saluberrimi indul-
...u; eiusdem à tot adversariorum insi-
...iosis machinationibus, & insultibus
...rotectione, defensione, ac præsidio; nec
...on ad futuram, si qua speranda est,
...ostram posteritatem felici propagatio-
...e votis finiendus fuisset ne alioquin vel
...cordiâ: vel remissiore Pietatis affe-
...u, ingratitudinem nostram, erga re-
...igionem religionisq́ auctorem Deum
...rodere, sicq́ justitia divina offensam,
...ua verbum suum è gremio Ecclesia-

rum nostrarum auferat, nosq; & posteros nostros immissâ errorum efficaciâ puniat, incurrere velle videremur.

Secundus status Cribrationis.

Secundus status religionis & Ecclesiæ in hoc Ducatu commodè vocari potest status Cribrationis die zeit der Anfechtung: dum Deus ter optimus Maximus Ecclesiæ, variis permissis sectis, & hæresibus; constantiam in fide sincerâ retinendâ, & propugnandâ pro sapientiâ suâ multifariam exercuit, & probavit ab Anno 1532. usq; ad Annum 1566, uti ex præcedentibus videre est: Cæterum, ex tantâ hæresiũ & schismatum catervâ, quibus religio orthodoxa post sui Evangelicam restaurationem obfuscabatur, ac sæpius in discrimen vocabatur, facies & indoles Ecclesiæ Militantis eiusq; visibilis, ceu e speculo lucidissimo animadvertitur; utpote in cujus gremio continentur boni & mali sinceri & hypocritæ, veri & falsi tum doctores; tum auditores juxta Christi Parabolam Matth. 13. & prædictionem Apostolicam 1. Corint. 11.

Cujus quidem rei duplex ex sacris dari potest ratio: Una δοκιμαστικὴ, qua

teni

tenus Deus Ecclesiam suam, igne tentationum, & variarum sectarum cribratione immissâ, tentat, ac constantiam Confessorum veritatis probat, uti scriptum extat Deutr. c. 13. Zach. 13. v. 9. & 1. Cor. 11. *Altera* κολαστικὴ, *quatenus Deus voluntate suâ* judiciariâ, *ob antecedentem hominum erga verbum suum ingratitudinem; hæreses & schismata ceu pœnam promeritam Ecclesiæ immittit,* 2. Thessal. 2. *& nisi subsequatur pœnitentia, ac piorum vota & suspiria pro Ecclesiæ salute intercedant sæpius, penitus præconio, ac exercitio verbi sui privat. Vtraq; locum in* Cribrationis *statu Ecclesiarum nostrarum habuit: Multorum namq; fidem & sinceritatem DEus immissis sectis schismatibus, variis* dein *persecutionibus, pressuris, & exiliis cervicibus ac humeris eorum impositis, instar auri & argenti exploravit,* Psalm 12. *Confessionemq; sui nominis coram toto mundo in eis probatam esse voluit,* Matth. 10. Luc: 9.

Multorum etiam ingratitudinem *hoc afflictionum genere punitum & ultũ volu-*

voluit justissimus Deus; qui vel tenebras errorum potiori loco, quam lucem veræ fidei habebant; vel veritatis præconium fastidiebant, ab eoq; abhorrebant vel novas opiniones in rebus fidei appetebant; vel ordinem sacro-sanctum Theoligicum pro indole suâ mundanâ erga Deum, Deiq; ministros ingratâ, si non apertè; per insidias tamen premebant, eumq; affligebant. Quo insuper, aut alio longè graviori Pœnæ genere Deus ut justissimus judex Ecclesias universi Ducatus hujus penitus eradicasset, & exstirpasset, nisi vel deprecationibus assiduè piorum pro salute afflictæ Ecclesiæ fusis expugnatus; aut actâ seriò de peccatis admissis pœnitentiâ, placatus fuisset.

Psal. 106. v. 23. Esa. c. 65. v. 8. Amos cap. 7. v. 2. 3. 5. 6.

Tertius status Refocillationis.

Tertius Ecclesiarum in hoc Ducatu status occurrit, qui vocitari poterit status Refocillationis die Zeit der **Erquickung**/ in quo Ecclesiæ onere & pondere afflictionum, & persecutionem sublevatæ, vires, divinâ sic dirigente providentiâ, recollegerunt, ac respirarunt; proscriptis, ac exterminatis hincce, hæresibus & Schismatibus, ac

Hære-

Hæresiarchis; restaurato verò cultu divino, in libellis nostris Symbolicis cōprehenso, restitutis simul ex exilio officiis suis quibus antehac excussi erant, Theologis sinceris, ac Orthodoxis, Dn. Morlino: Dn. Veneto; Benedicto, & Johanne Morgenstern, Christophoro Langero &c. Passim; Ordine insuper Ecclesiastico benè ac laudabiliter constituto, faciemq; pristinam referente, electis ac præstitutis doubus Episcopis, Sambiensi & Pomezaniensi. Incidit autem Status iste in Annum 1566. & 1567.

Quartus Ecclesiarum Status in hoc Ducatu optimè vocari potest Status Consistentiæ, ac vigoris: Güldene Zeit / oder die Zeit der Blühung. In quo tum Religio Orthodoxa vigori suo restituta, ac nullis amplius manifestis hæresibus infestata ad ἀκμὴν, & fastigium pervenit; tum laudabiliter restaurata floruit ab Anno 1567. usq; ad 1609: Imprimis verò ab Anno 1567. usq; ad Annum 1576. aureum Orthodoxæ religionis seculum, flosq; Reipublicæ

Quartus status Consistētiæ, ac Vigoris.

blicæ Ecclesiasticæ vocari meritò poterit. Siquidem non modò præconium sinceri cultus divini publicum, omnes Ecclesias; omnes Ducatus Provincias; omnia templa ac Pulpita unicè citra turbationes; citra mixturas ullas peregrinarum opinionum personabat; verum etiam ordo Ecclesiasticus in optimâ formâ constitutus, confirmatusq́; fuisse deprehenditur; Præstitutis duobus Episcopis: in tractu quidem Sambiensi Dn. Morlino ex Brunswigâ reduce, non sine difficultate inde dimisso: neq; citra ingentes sumtus impetrato: Anno 1567. expeditâ ad eum Magnifica nomine totius Ducatus legatione: in tractu vero Pomezaniensi, Dn. Veneti itidem exilio suo officioq́; in Pomerania Pastorali, Consensu Ordinum revocato; nec soli pristinæ dignitati restituto verum etiam majori, & ampliori nempè Episcopali aucto Anno 1567. ante Dn. Morlini restitutionem. Porrò Dn. Morlinus in amplâ illa dignitate constitutus, vixit Regiomonti usq́; ad Annum 1571. quo etiam satur dierum, & vitæ, fatis concessit: in ejus locum successit

Restitutio Dn. Mörlini & Dn. Veneti, A. 1567.

Obitus D. Morlini, A. 1571.

cessit Dn. Heshusius ex Academiâ Ienensi per Legatos Prutenicos, nomine totius Provinciæ evocatus Anno 1573: quo etiam huc deveniens circa solemnia Connubiorum Illustrissimi Ducis Alberti Friderici 13. Novembr. Inauguralem habuit Orationem, de Concordiâ, eamq; Ordinibus in conventu Regiomontano congregatis inscripsit: Circa idem verò tempus Dn. VVigandus exul. interveniente Heshusii commendatione, ad Professionem Academicam Theologicam capessendam, consensu, & suffragiis omnium Prussiæ ordinum ex Germania vocatus huc concessit. Anno 1573. ac circa ferias Luciæ, auspicium professionis suæ exorsurus, orationem habuit de Arca Noe: Posteâ Theses Disputationis proposuit in Ecclesiâ ad 16. Decembris; donec eundem post fata Dn. Veneti ad Episcopatum Pomezaniensem esset promotus Anno 1575: & hactenus Ecclesiæ Prussiacæ status aureus, tranquillus, ac pacificus.

Heshusii adventus in Prussiâ, A. 1573.

Wigandi vocatio ad Professionem Theologicam.

ut & ad Episcopatum Pomezaniensem.

Cæterum evenit præter omnem spem, ac opinionem, ut in edito suo libro D. Hes-

Relatio de certamine

Inter Heshusium & Wigandum habito.

D. Heshusius *contra Exegesin* Crypto-Calvinistarum VVittebergensium *phrasibus ejusmodi, sive loquendi formulis usus fuisse deprehenderetur, quibus non omnium votis, ac expectationi satisfacere poterat:* Humanam videlicet Christi Naturam in abstracto *esse* omnipotentem, vivificam adorandam: *quam quidem loquendi formulam* Ecclesiastæ *quidam* Regiomontani *hoc sensu interpretabantur* quod Humana Christi Natura PER SE considerata sit omnipotens, vivifica, adoranda: *in quorum numero erat*, Benedictus Morgenstern Pastor Cneiphovianus; *M.* Iohannes VVeidmannus Pastor in Aulâ: *M.* Hieronymus Morlinus Pastor Lobnicensis; *M.* Conradus Schluffelburgius *tunc temporis* Diaconus Lobnicensis: *quorum omnes, & singuli vehementer in* Heshusium *pro concionibus invehebantur, eumq́ Publicitus ceu Schismaticum damnabant. Gliscente schismate, & indies vires majores acquirente, exarat D.* VVigandus *literas sat placidas, & amicas ad D.* Hes-

Occasio certaminis

Antagonistæ Heshusii.

Heshusium, *rogitans schisma hoc concitatum privatim componi, sopiri, ac sepeliri* Anno 1676. *18. Novemb. Alias etiam, ordine, ac tempore priores ad M.* Schlusselburgium *ejusdem argumenti, ad Pacis & Concordiæ studium invitantes*, 14. Aprilis Anno 1576. *sed frustra omnibus tentatis medius, certamē illud in irrestinguibile erupit incendium; obtinente passim partiū studio tum in statu* Politico, *tum* Oeconomico, *tum maximè* Ecclesiastico; *ut omnes conciones; omnia convivia, omnes tabernæ; insuper omnia colloquia inter eruditos, & rudiores, unicâ quæstione de* abstracto *&* concreto *agitarentur, & transigerentur, usq; ad* Annum 1577; *circa cujus etiam auspicium in schismatis remedium indicta fuit* Synodus Regiomonti *ad* 16. Ianuarij, *Constans in totum ex* viginti Personis Ecclesiasticis, *&* Politicis: *ac ordini quidem Ecclesiastico præstitutus erat D.* VVigandus, *idemq;* Præses Synodi, *&* Iudex controversiæ *illius decidendæ delectus à Magistratu, & Angenistis* Heshusii; *quem quidem Processum*

Synodus Regiomontana A. 1577.

cessum ex composito institutum fuisse
adeoq; minus legitimum multi taxa-
runt, VVigandum ceu alteram partem
controversam, & cum Antagonisti
Hesbusij clam conspirantem arguentes
adeò, ut in propria causâ judex minim
esse de jure potuisset, debuissetvè : ut
mox indicabitur.

Ex Politicis primores synodo in-
tererant D. Schachius Cancellarius
qui etiam negotium nomine Illustrissi-
mi Ducis Alberti Friderici, Synod
dignoscendum proponebat; Erhardu
Kunheim Aulæ Præfectus, Dieteric
Mundtfart Magister scabinorum
Cneiphovianorum. Vbi intra pauca
horas de controversiâ ventilatâ, senten
tia fertur contra Heshusium, eidem
dogmatis sui Palinodiam injungens no-
mine Synodi: Perceptâ hacce senten-
tiâ Heshusius, Appendicem, & de-
clarationem aliquot locorum in As-
sertione Exegesi Calvinisticæ oppo-
sitâ conscripsit Anno 1577. 21. Febru-
arij; qua satisfacere Antagonistis su
volebat; sed frustrà: cum illis & proli-
xitatis. & tergiversationis accusan-
tibus:

bus : unde factum, ut Heshusius proscriberetur, solumq; vertere cogeretur Ann. 1577. circa æstatem; frustrà remotionem dissuadentibus, litigij verò modo mitiori compositionem urgentibus litteris suis (pro Heshusi) apud Illustr: intercedentibus) quibusdam Dynastis Regni Poloniæ, ejusq; Senatoribus, Vilnæ exaratis Ann. 1577. ... Maij : videlicet. Nicolao Patz, Episcopo Kyoviensi: Nicolao Radivil, Palatino VVilnensi; Georgio Ostik, Palatino Miecislaviensi; Nicolao Tacatz, Castellano Samogætiensi. Nec defuerunt inter Præcipuos Theologos exteros qui testimonium Heshusio innocentiæ perhiberent; eumq; ab omni suspicione vel hæreseos; vel Schismatis liberatum irent : Quam in sententiam extant literæ D. Chemnicii (quibus etiam D. Timotheus Kirchnerus subscripsit Helmstadij) Anno 1577. 30. Aprilis, Heshusii sententiam ... sinceram, & Orthodoxam, quâ res ...las, seu substantiam, caputq; rei pronunciantes : collatione factâ ipsius Appendicis cum prioribus scriptis : ta-

Exilium Heshusii ex Prussiâ A. 1577.

Intercessio Dynastarum Regni Poloniæ irrita pro Heshusio.

Heshusii innocentia.

Judice Dn. Chemnicio, & Dn. Timoth. Kirchnero

Processus Synodi taxatur, lapsus D. Wigandi in libello de communicatione Idiomatum. Ut & judice Dn. Andreã Pouchenio.

xantes simul processum Synodi *partibus deditum, &c. reprehendentes insuper loquendi modum, in scriptis* VVigandi *obvium* : Deum esse passum pro nobis verbaliter, *seu* communicatione verbali, *quo nomine monendum esse de lapsu corrigendo* VVigandum. *Simile judicium expedivit de hoc negotio & certamine Dn.* M. Andreas Pouchenius superattendens *quondam* Lubecensis, *ad* Dietericum Mundfart Scabinorum Præfectum Cneiphovianum *pronuncians.* 1. *certamen hoc non esse* reale, *sed* verbale. 2. Heshusium *in exilium* iniquè *esse abactum* : 3. Borussos supinè negligentes *fuisse, quod nil seriò ad sopiendum certamen egissent* : 4. *quosdam insuper eò malitiæ abreptos esse, quod censuras Dn.* Chemnicii, *&* Kirchneri *maligno exceperint animo, ac nefario, ceu carnificinas operas, tractarint ausu, scelestâq; manu. Extat ejusdem uberior prioris sententiæ declaratio, ad eundem* Mundfart.

Inter Regiomontanos Ecclesiastas Heshusii *partibus patrocinatus fuisse* *depre-*

deprehenditur M. Laurentius Cursor Diaconus Cneiphovianus, *hocq; nomine accusatus ac citatus, comparet coram* Consistorio Sambiensi, *factiq; sui rationes scripto exhibet* Ann.1577. 7. Octobris *nec non colloquium cum Antagonistis Heshusii init: sequenti die insuper 18. Octobr in Consessu Consistorii pro defensione dogmatis* Heshusii *decertat, rationesq; in hanc sententiam allatas propugnat; nullis verò responsionibus locum relinquere volens, nec à proposito desciscens exilii totalis discrimen unà cum Collegâ suo, subire coactus fuisset decernente* VVigando; *nisi S. P. Q.* Cneiphovianus *acerbiori scripto* VVigandi attentatum *restitissent: qui etiam* Benedicto Morgensternio Pastori *suo infensiores facti, eum officio suo abire, & ad* Palæopolitanos *transire passi sunt: idem accidit* Schlusselburgio, *qui post interdictum Principis adhuc in* Heshusium *invehendo, exilio mulctatus, Borussiâq; extorris factus est. An. 1579. Mense Augusto; ac primùm Rostochium, postea Antwerpiam devenit A. 1581.*

M. Laurentius Cursor parastates Heshusii.

Benedicti Morgenstern dimissio à Cneiphovianis.

Exilium Schlusselburgii.

Abrogatio Episcoporum in Sambiâ usq; ad præsens tempus: ut & in Pomezaniâ exitiosa.

Patescit jam ex modò enumeratis, prædicto tempore turbatas quidem Ecclesias: nequaquam tamen jacturam aliquam religionis ab hæreticis perpessas fuisse; sed porrò in vigore, & flore religionis continuo successu perstitisse. Quantumvis & hoc nequaquam dissimulandum, sed cum dolore exaggerandum, post Heshusii *discessum nullum amplius in* Sambiâ surrogatum, *præstitutumq; fuisse Episcopum usq; ad hoc tempus; neq; post fata* VVigandi *in Pomezania ab Ann. 1587. adeo ut nulla* visitatio *Ecclesiastica; nulla* Synodus *ab illis temporibus instituta fuisse reperiatur; sanè non sine ingenti Ecclesiæ, ac religionis jacturâ; uti experientia idipsum stultorum Magistra, satis evidenter attestatur: quâ de re in disput. 16. de Minister. Ecclesiastico monitum, & inferius monebitur.*

Quintus status est Miseriæ, & inclinationis ad ruinam.

Quintus Status Ecclesiarum in hoc Ducatu, ut & religionis indigitari poterit Inclinationis ad ruinam die zeit der Neigung zum untergang. *Nilq; æquè occasui subjacet, quam vera Religio, uti scriptum extat in* Fascicu-

Io

lo Temporum; *adeò ut vix ultrà* quinquaginta *annos, integra, sarta, ...q; undequaq; tecta, ac in Corrupta ...llibi fuisse deprehendi possit sincera re...ligio, uti loquitur alicubi* Spangen...bergius: *nec mirum, cum in Ecclesiâ ...militante, vel* totalem *Privationem; vel* Inclinationem *ejusdem ad rui...nam antecedentibus, iisq; enormibus de...lictis, vel peccatis pœnæ loco divinitus ...ibi immissæ attrahant homines multi...fariam prævaricantes. Inclinationis ...d ruinam Ecclesiæ, Religionisq; Ortho...doxæ privationem in hoc Ducatu evi...dens indicium est.*

Octo indicia inclinationis ad ruinā Orthodoxæ religionis in Prussiâ.

Primum, Magistratus supremi ...lienæ *religionis* professio, Papisticæ, ...t Calvinisticæ: *Quemadmodum n. ...Magistratu Orthodoxæ religioni ad...dicto, ejusdem* Conservatio, & prote...ctio *jure speratur. Est namq; Magi...stratus Orthodoxus custos utriusq; ta...bulæ: adeoq; opus veræ, ac sinceræ reli...gionis, quantum in se est, promovere, ...ustodire, ac protegere nullus intermit...t. Ita ex adverso à Magistratu alienæ ...ligioni addicto non tàm custodia, ac*

Primum indicium Magistratus alienæ religioni addictus.

Requisita conservandæ orthodoxæ religionis.

promotio; quàm abrogatio & ruina sinceræ religionis erit exspectanda. Id quod ex positione requisitorum conservandæ veræ pietatis, & fidei, & vice versâ ex denegatione eorundem ad oculum cuivis patet.

1. *Si namq́; vera religio manere debet sarta tecta:* primò *non solùm ipsemet Magistratus tenetur eandem amplecti; sed etiam eidē præbere debet* hospitiū *exemplo Iosuæ Num. 27. vers. 18 19. Ios. 3. v. 5. 6. 7.* David *2. Samuel 6. v. 20. 21. Psalm. 2. v. 10. 11. Psalm 24. v. 6. 7. Salom. 1. Reg. 8. v. 22. 23 24. Iosaphat 2. Par. cap. 17. v. 3. 4. Iam verò Magistratus alienæ fidei addictus nil horum præstat. E.*

2. Deinde *tenetur abrogare falsam religionem, ac ritus honestati adversantes: exemplo Asa* 1. Reg. 15. v. 1 13. *Ezech.* cap. 18. v. 4. 5. *At verò Magistratus alienæ religioni addictus, non tàm hanc; quàm Orthodoxam abrogare sedulò annitetur; id quod etiam, quantum sibi integrum est, satagit, teste experientiâ.*

3. Tertiò *ad Conservandam Orthodox*

doxam religionem, cura Magistratui incumbit, quo verbum Dei purè, & intemeratè prædicetur, tradatur, ac propagetur; sacramenta quoq; divinitus instituta, ritè administrentur, exemplo Josaphati 2. Paral. 17. v. 7. 8. Josiæ 2. Reg. 23. v. 21. Ezechiæ 2. Par. 30. vers. . Verum enim verò Magistratus diversæ religionis cura in Contrarium incumbit: Papistici quidem loco solius verbi Dei humanas traditiones, & mandata hominum introducendo, Calvinistici verò rationis humanæ placita, ipsi Dei verbo præferendo: ubi nec ab utraq; parte Sacramentis sua relinquitur integritas.

4. Quartò Conservatio veræ religionis præsupponit Magistratum esse Ecclesiæ Orthodoxæ Nutricium, Esaiæ 49. v. 23. exemplo Davidis I. Par. 29. vers. 2. Ezechiæ, 2. Par. 21. v. 4. 5. Non potest autem esse Nutricius Ecclesiæ Orthodoxæ, qui est membrum Publicum, idq; primarium vel Papisticæ, vel Calvinianæ.

5. Quintò ad conservationem Orthodoxæ religionis requiritur Conserva

tio Ordinis *Publici* Ecclesiastici: *Hinc Magistratus in veteri Ecclesiâ pius, propagandæ veræ religionis studio, certos ordines non solum in statu Ecclesiastico restauravit; sed etiam promovit, & propagavit, uti testatur exemplum Salomonis,* 1. Reg. 8. v. 62, 63, 64. *Ezechiæ* 2. Par, 30, v. 12. cap. 31. vers. 2. *Ast à Magistratu alienæ fidei dedito ordinis Ecclesiastici non tàm conservatio, quam impugnatio speratur & obtingit, uti cujvis notum.*

6. Sextò *Magistratus religionem Orthodoxam conservaturus tenetur sustentare Ministerium, eidemq; favere, & bené velle; dictis ejusdem insuper morem gerere: exemplo Iosuæ* Num: Cap. 27, v. 20. 21, 22. *David* 2. Samuel. 24. v. 18. *Ezechiæ* Esaiæ cap. 39 v. 2. *Ast alienæ Magistratus fidei addictus contrà facit, Ecclesiæ ministros persequendo ob veritatis confessionem. Vti autem felicitatis pars non exigua est, gaudere Magistratu sinceræ religioni addicto: ita contra arguit* Miseriam *status Ecclesiastici, & Politici habere Magistratum à fide Orthodoxa alienum;*

num; immò arguit justißimam ultionem divinam ob antecedentia peccata hominibus immißam, uti scriptũ extat. Levit, 26. v. 17. 1. Reg. 11. v. 33. cap. 2. v. 24. Iob. 34. v. 29. Psalm. 106. v. 41. 42. Proverb. 28, v. 2. Ose 13. v. 11.

Secundum indicium est Ordinis Ecclesiastici totalis abrogatio. p. 382

Secundum *miseri status* Ecclesiastici, *vel religionis ad ruinam inclinationis judicium est,* Ordinis Ecclesiastici totalis abrogatio: *Est namq; ordo Ecclesiasticus medium quoddam ut est necessarium; ita omnibus modis utile faciens ad conservandam, & propagandam religionem orthodoxam: uti suo loco idipsum sufficienter demonstravimus* Disputat. 16: *proinde abrogato ordine eiusmodi; religionem non posse amplius sartam tectam, in quantum quidem negotium eiusdem externis præsidiis, & adminiculis pensitare licuerit, consistere, infallibiter sequitur. Siquidem sublato laudabili ordine divinitus antehac indulto, & dudum hisce in oris frequentato, collapsa simul cernitur omnis 1. visitatio* Ecclesiastica *adeoq; 2. examen vel partes discretoriæ inter* ve-

ram & falsam religionē: *Hinc fit, quod religiones peregrinæ passim irrepten apud incolas huius Ducatus, nemine rationem reddere opus habente, quid credat, & qui vivat.* 3. Iurisdictio Ecclesiastica pristina: *dum in contumaces non amplius licet animadvertere, adeoq; studia partium in negotio religionis inhibere. Rebus vero hunc in modum comparatis, religionem Orthodoxam periclitari, statumq; Ecclesiæ ad ruinam inclinare, necessum est. Vide hanc in sententiam facientia plura* Disputat 36. in Commentar: Corpor: Prutenic: Canon. 3, & 4.

Tertium indicium est introductio hæresium obsoletarum. Primò Papistica Anno 1612. & sequentibus.

Tertium *indicium Miseriæ, & status religionis ad ruinam inclinantis* a*ste* introductio hæresium, *antehac exterminatarum, funditus exstirpaturam ex hoc Ducatu.*

Primo *hæreseos* Papisticæ *vel* Romano-*Catholicæ; cujus Prodromi antecesserunt* Anno 1605: *introductio autem facta* Anno 1612, & *sequentibus extructo pro eiusdem exercitio, magnis impendiis, templo Papistico satis amplo in Præurbio* Lobnicensi: *deputatis* s*i*

mi

vel prosustentatione sacrificulorum certis redditibus.

Deinde religio Papistica nostræ e-, Orthodoxæ de facto antefertur; ceu primaria Secundariæ; non ut Confirmatæ & approbatæ unquam; sed solummodò ut permissæ & toleratæ penes Papisticam: sic interpretantibus, sed perperam, Pontificiis Privilegii Lublinensis verba.

Tertiò liberum religionis Papisticæ Exercitium cuivis per omnia conceditur ubivis locorum; modo id juræ patronatus importent erigendi sacella, oratoria &c.

Quartò loca Idololatrica antehac abrogata & obsoleta: nunc proh dolor! restaurantur, & redintegrãtur passim: sic Tiliæ illius ante centum ferè annos sacellum, ab Illustrissimo Duce Alberto dirutum, ac solo æquatum; à Pontificiis Patronis jam instauratum; officina Idololatriæ abominandæ evasit, peregrinis è longinquo ac è propinquo eò superstitionis causâ confluentibus impune quidem; quibus olim præmii loco patibulum erat designatum.

zur H. Linden.

p. 80.

Quin-

Quintò *qui antehac Pontificiæ religioni addictus erat prorsus interceptus, ac interclusus; nunc ex æquo cum* Augustanam Confessionem *profitentibus ad omnes dignitates capescendas, patofactus est aditus. Hinc plures ab Orthodoxâ religione, ac fide deficiunt; ac ad* Papisticam *transeunt, eamq́; liberè profitentur non sine grandi infirmiorum scandalo: juxta prædictionem Spiritus sancti* I. Tim. 4. v. I. *Spiritus autem* disertè loquitur, quod in postremis tēporibus deficient quidā à fide attendentes spiritib. impostoribus, ac Doctrinis Dæmoniorum, *vers.* 2. per simulationē falsiloquorum, cauterio notatam habentium conscientiam. *v.* 3. prohibentium contrahere matrimonium, jubentium abstinere à cibis, quos Deus creavit ad sumendum cum gratiarum actione, fidelibus, & iis qui cognoverunt veritatem.

Sextò corpus nostrum Prutenicum *ob* Articulorum Schmalcaldicorum *impugnationem*, directè *impugnatur*.

Septi-

Septimò *Partes Elenchticæ Theo-*
gis eripiuntur, iisq; taxatio Anti-
christi *inhibetur, cum tamen sacrificuli*
apales tùm sparsis chartis, tum pro
oncionibus suis rarißimè B. Lutheri
antibus in ipso Patriæ nostræ gremio
parcant; quin turpißimè apud Plebem
um traducant, pejus quam Antichri-
stum *decolorent, ceu hæreticumq; dam-*
ent; nec non nostrates Theologos ex-
gitent, non amplius pensi habentes il-
a tritum: Quod tibi fieri non vis;
alteri ne feceris. *Etsi jam simpliciter*
n thesi fuerit subsistendum Theologis,
artesq; Elenchticæ intermittendæ; ubi
uæso consistet exercitiũ amplius nostræ
iberũ religionis? Siccine ergò sola reli-
io Papistica erit amplius libera? Neq;
hoc attentatum solos concernit Theolo-
gos; verum etiam universam Ecclesiam
ferit: quæ in Confeßionum *suarum*
formulis Papam Romanum Anti-
christum *vocitare unanimi ore ac sono*
non dubitavit; nec etiamnum dubitat
v. g. in melodemate *de* extremo Iu-
dicio, *quod incipit:* Es wird schier
der

der lezte Tag herkommen / *Ecclesia sic hactenus cecinit, v. 3.*

Der verdampte Sohn hat lang (gesessen
In dem Tempel GOttes hoch (vermessen
Sich gerümt / vnd sein Ge- (both
Gleich als wer er Gott.

v. 5.

Weil vns nun der Antichristisch (Orden
Durch Gottes Wort offenbahr (ist worden
So last vns fliehen mit fleiß
Seine Lehr vnd Weiß.

Sic in illo Erasmi Alberi: Verrahten ist der Antichrist *&c. Nec aliud sibi vult Cantio:*

Erhalt vns HErr bey deinem (Wort/
Vnd stewr des Bapsts / vnnd (Türcken Mord/
Die

Die JEsum Christum deinen (Sohn
Stürtzen wollen von seinem (Thron.

scinè ergo obturare incipient Pontifici
ra universæ Ecclesiæ nostræ inhibitio
us suis? quo sanè Pacto ad majorem
cclesiæ nostræ redigentur servitutem
miseriam, quam quâ vel in Poloniæ
rovinciis, aut aliis vicinis urbibus re
gionem liberrimè profitentes, infe-
ntur, premuntur, oneranturvè, v. g.
horunij, & Dantisci, &c. hæ namq;
n in solâ thesi veritatem profitendo
ntra Papatum subsistunt, verum etiam
ntithesin eo quo par & æquum est,
etatis Zelo urgent Scapham, Scapham;
pam Romanum Anti-christum in
getando; id quod testantur eorum
nfessiones, Conciones, scripta
dem varia, & Tractatus de Anti-
risto Romano concinnati, ac in lu-
s publicam emissi; & nuper in Lin-
am Polonicam transfusus de hoc ar-
mento tractatus à Dn. Ægidio Hun-
Profess: olim VVittebergensi con-
scriptus,

Tractatus de Antichristo Thorunii editus.

scriptus, Thorunij *lucem publicam aspexit: qui in hoc Ducatu vix venalis prostare permitteretur. O miseriam* Prussorum ! *ô servitutem* Sclavonicâ *abjectiorem! Qui igitur jam ex hisce præmissis Ecclesiarum unà cum religione ad ruinam inclinationem in ho Ducatu non cernit, eum Tiræsiâ cæcio rem esse, certum est.*

Deinde Calvinianæ.

Subsequitur porrò *introductio hæreseos Calvinisticæ, utut omni jure pro scriptæ, & relegatæ, instituto eiusdem* publico *exercitio, tum Concionando tum panem frangendo, id quod factum* Anno 1616. A. 1617. A, 1620, A. 162 *Indies verò huc negotiationis causâ de venientibus, ac commorantibus* Calvinianis, *multi civium corrumpuntur ac seducuntur; aut ad minimum in fid suâ perturbantur: plurimi insuper fa scinantur sparsis Calvinisticis* libellis *quibus quidem ab Incolis nostratibus a ripiendis, ac intelligendis gnaviter op ram suam condicere solent* Batavic *Calviniani negotiatores contra anti qua Pacta &* Privilegia *colonias in l*

ber

bero penes arcem suburbio erigentes,
lomatimq; urbes perreptantes.

Hisce admixti plerumq; deprehen-
luntur vel Anabaptistæ; vel Ariani,
ui quidem non nisi clanculum religio-
em suam exercent: impune tamen ac
berè familias alunt; domicilaq; con-
ucunt: sicq; jure negotiationis, &
mmercij cum reliquis civibus gaudent
idem contra antiqua jura, & Privi-
gia: à principio namq; non fuerat sic!
um autem nos istam religionum mix-
ram non sine gemitu in dies, multoq;
agis non sine simpliciorum seductione
tueri cogamur: idq; sine vicissitudi-
ac spe emendationis; inclinationem
clesiarum, & religionis ad ruinam
de colligere necessum habemus, certò
ia ex DEi justissimo judicio geri,
modiq; cladem à Deo ceu vindice
ecedentium, ac præsentium peccato-
n nobis immitti, uti jam monebitur.

Insuper Anabaptisticæ & Arianæ.

Quartum jndicium inclinationis
ruinam est Orthodoxæ, ac sinceræ
igionis contemtus: Plures coloni
oc Ducatu sinceram religionem floc-
endunt; nec unquam pro ejusdem

Quartum indicium Orthodoxæ religionis contemtus.

indultu Deo gratias agunt, existimantes rem non adeò esse magni momenti sicq; comparatam, ut eâ commodè carere possint. Postpositâ ergo sinceræ religionis curâ, unicè rebus mundanis acquirendis inhiant, hasceq; unicè attendunt.

Ejusmodi ingratis lata est à Spiritu S. sententia 2. Par: 15. v. Transibunt dies multi in Israel absq; DEo vero; absq; Scerdote absq; Doctore absq; lege: *& Am.* cap. 8. v. 11. *Ecce* dies venient; dicit Dominus Deus, & immittam famem in hanc terram, *non* famem bibendi panis neq; sitim aquarum; sed audiendi verba Iehovæ, *v. 12:* vagabuntur â mari ad mare; ab Aquilone ad Orientem usque discurrent ad pervestigandum verbum Iehovæ non tamen invenient, *v. 13.* Die illâ continenter deficient animo virgines pulcræ, *&* juvenes illâ si-[...] *Confer Esaiæ* 5. v. 25. Ose: 9. v. [...] *Hag:* 1. v. 5. 6. 9. 10. Cap. 2. v. [...] *Zachar:* 11. v. 9.

Plures etiam Orthoxam religi-

nem fastidiunt, *appetituq; peregrinæ* *& fastidium.*
aures eorum pruriunt: Proinde para-
a illis est sententia divina 2. *Theß.* 2.
v. 10: *pro eo,* quod dilectionem veri-
tatis non receperunt in hoc, ut sal-
vi fierent: Propterea mittit illis
Deus efficaciam erroris; ut credant
mendacio, *v.* 12. *ut* judicentur o-
mnes, qui non crediderunt verita-
ti; *sed* approbaverunt injustitiam.
2. *Timoth:* 4. *v.* 3: Nam erit tem-
pus, quum sanam doctrinam non
sustinebunt; sed juxta conpiscenti-
as suas coacervabunt sibi Doctores,
quib. pruriunt aures, & à veritate
quidem aures avertent, ad fabulas
vero convertentur. *Confer Ose:*
Cap. 6. v. 11. 12. 13. 14: & Cap. 7. v.
13. væ *ipsis, quia* vagantur à me: va-
stitio eis; quoniam deficiunt rebel-
lantes in me. *Cap.* 8. v. 12 Quæ præ-
scribo eis documenta legis meæ,
tanquam res extera reputantur.
Sed ecce dies animadversionis! ecce
dies retributionis! *vigiles* Ephraim
respexerunt quondam ad Deum me-
um: *nunc autem* succedunt Prophe-

bis institutum nostrum quispiam repre-henderet, circa libellum Ecclesiarum no-strarum symbolicum illustrandum e... bono publico Ecclesiæ occupatis. Siqui-dem uti illis, ita nostro libello Symbolic... suus honos non erat detrahendus. Cæte-rùm quousq; acceptio, ac notio symboli-ci hujus libelli sese extendat, in mem. b... secundo partis prioris προλεγομενων *su-fficienter indicavimus, ac explicavimu... proinde heîc nil superaddimus.*

2. Secundô, *quia hactenus sub scamn... quasi pædore, & situ inquinatus, pr... culq; ab oculis semotus libellus hicce u... cum universo corpore* Prutenico *lat... it. Multi non tantum inter* Polit*i-*cos; *Verum etiam* Ecclesiæ Ministros *vel prorsus* Corpus Doctrinæ Prute-nicum *non viderunt, nec legerunt: v... si legerunt, requisita tamen ad eiusde...* σύστασιν *spectantia, aut planè* ignoran... *aut* difficulter *ac semiplenè eadem edi... serere solent. Rarissimus quisq; inte... novellos ad Ministerium instituendo... de articulis in Libello hocce comprehen-sis rationem reddere novit: id quod in-de fit, quod nec in scholis* trivialibus

ne

nec olim in Academiâ *nostrâ, usus Libelli hujus augustissimus ipsis fuerit commendatus. Quo pacto sanè nec fini hujus Libelli; nec Mandato Illustrissimi satisfieri; nec curæ egregiæ ac industriæ incomparabilium illorum Theologorum benè de nostris Ecclesiis merendi pondus & auctoritas sarta tecta conservari amplius potuit. Omnibus sine exceptione Theologis Academiæ Professoribus, Ecclesiæ Ministris, Scholarchis &c. nec non omnibus ad officia publica aspirantibus serio injungitur, ut conformiter ad normam, & præscriptum libelli nostri credant, vivant, & doceant; uti habent* Formalia Præfationis Libelli nostri: §. Volumus itaq; ut in hoc nostro Ducatu perpetuis temporibus, quod ad doctrinam attinet, in prælectionibus, & alias conformiter, & constanter ita servetur, sicut in præfato Corpore Doctrinæ & in SCRIPTO illo, cujus mentio facta est (*intelligitur autem libellus noster, vel Repetitio Corporis Doctrinæ eidem annexa*) traditur, & præscribitur. Nemo quicunq; sit, ad officium seu

Ministerium aliquod in Ecclesiis, Scholis, aut alias assumatur, aut toleretur, nisi Commemorata illa scripta approbarit, receperit, & in illis perseverarit, nec vel verbo, vel facto se illis opposuerit. Ac mandamus vobis Omnibus Fidelibus nostris subditis Omnium Ordinum, ut hisce omnibus, præcipuè verò supra commemorato Scripto (*h. e. Libello nostro*) quod unanimi consensu approbatum, & Corpori Doctrinæ adjunctum est, debita reverentia sine contradictione pareatis. *Ast quotusquisq; sanctioni huic, Pientissimi Principis morem gerere potuit commodè, procul ab oculis semoto, subq; scamnum projecto, situ, & pædore inquinato hocce libello nostrò? Necessitas itaq; summa efflagitavit, ut vel tandem è tenebris in lucem protraheretur, à pædore situq; vindicaretur ac repurgaretur utilissimus hicce libellus, tum* pertexto Commentario; *tum* velitationibus Publicitus *institutis*.

3. Tertiò, *quia explicatione & declaratione in multis opus habuit; tum ex*

parte

parte sui, *tum ex Parte* Lectoris. *Ex illâ quidem, idq; propter* Statum Controversiæ *ab adversariis mutatum: præsertim circa locum de* Personâ *Christi; vel uti auctores libelli nostri indicitant*, *de* Unione duarum Naturarum: *Ibi namq; ejusmodi ex* Calvinianorum *mente proponitur dogma quatenus de* tertio (*vel juxta alios de secundo*) Genere Communicationis *quæritur, ac si illi præter* naturalia *dona cum reliquis creaturis communia nulla alia humanæ in Christo Naturæ vendicent, tribuantve. Verùm quidem hoc de* vetustioribus: *secus autem de* Neotericis *habendum: siquidem hi solemniter protestantur*, contendendo, præter dotes naturales, & communes cum aliis hominibus, etiam Gratiam Habitualem, *adeoq;* dona supernaturalia, *&* præternaturalia assumptę humanę in Christo Naturę competere. *Vide Zepper.* l. 3. de Baptism. p. 226. *Trelcat. p. 92. Martin.* l. 2. Theol. cap. 14. pag. 629. *Admonit. Neostadiens p. 56. Sadeel* de verit.

 Human.

Human. Natur. *passim & hodierni plerique omnes.*

Necessaria itaque omninò fuit explicatio huius loci, cum additâ hodiernorum Calvinianorum *genuinâ de communicationis hocce gradu sententiâ. Vide Disput: nostram Quartam sub finem Anthitheseos, ac præsertim Demonstrationem evidentem de donis verè increatis, infinitis ac divinis carni à λόγῳ communicatis. Ex parte Lectoris verò ut maiori cum fructu, ac emolumento in lectione libelli nostri versari queat. Multi namque insuper ex ordine sacro non adeò feliciter in lectione huius libelli se versari potuisse, multoties conquesti sunt citra Explicationem, vel methodicam singulorum locorum declarationem. Ne quid ergo ad promovendum bonum publicum ex parte nostrâ desiderari pateremur: Exegesin super libellum commemoratum comentarij instar expeditam dare voluimus.*

De Secundo.

Nunc etiam de modo tractandi, ejusque ratione aliquid monendum sequitur:

tur: *Si autem alicubi commendationi ordinis locus relinquendus ex sententia* B. Augustini: *certè in tractatione rerum sacrarum vel maximè. Qui enim in disciplinarum sacrarum institutis ordinem tenere studet, ab ordine se teneri sentiet inquit* B. Augustin: lib. 6. de Musicâ cap. 14. *Et quod ordinatum: idem & pulchrum, idem* lib. d. Ver. relig c. 41. *Hinc illa ordinis elogia apud* Augustinum: *ordinem diligit anima mea. Monitum hocce pensi habens: in explicandis articulis in libello nostro comprehensis, certo ordine usus sum; quo & materiæ dignitati, & captui Lectoris consuleretur. Siquidem* εὐμνημόνευτα, ὅσα τάξιν ἔχει: *ex sententiâ* Aristotelis: *h. e.* memoriam mirificè juvāt, quæ ordē habent. *Singulorum verò Methodi capitum; breviter jam edisserenda erit ratio.*

Ordinis encomia.

Primum *est sedes cujuslibet loci in libello nostro propositi, cuius necessitas, & ingens utilitas panditur* Disputat. 3. de DEo, *in limine statim: ut ita cuivis constet, doctrinam in præsenti libello, nec novam esse, nec vel*

Quinq; Tractationis Membra in commentario Repetit: Corpor: Doctr:

tantillum ab Augustanâ Confessione genuinâ, *ejusdem* Apologiâ, *ut & Articulis Schmalcaldicis; reliquis scriptis B.* Lutheri; communi *insuper, eoq́ magno Ecclesiarum nostrarum* Consensu *divaricari. Id quod imprimis observandum contra Lucifigam quendam* Calvinianum, *hoc nomine libellum nostrum criminantem, quod ab* Augustanâ Confessione, *ejusq́* Apologiâ *multum recesserit. Contrà: Cujuscunq́ libelli capita fundantur post scripturam S. in Augustanâ Confeßione, ejusdem Apologia &c. ceu in sede sua ordinariâ; is non est statuendus deflexisse, ac receßisse vel ad minimum ab Augustanâ Confeßione; ejusq́ Apologiâ. Iam verò libelli nostri capita illo modo sunt comparata. E.*

Primum continet Sedem cujuslibet Articuli.

Secundum *Methodi, vel tractationis caput continet* summam *cujuslibet loci in* libello *propositi, ac repurgati; cujus instituti ratio reddi potest, ut uno intuitu Lector perspciat facillimo negotio scopum, membra tractationis; confirmationis insuper momenta singulorum membrorum cujuslibet loci in libello*

Secundum complectitur Summam cujuslibet Loci.

bello comprehensi: Vnde etiam alacrior, & concitatior reddatur ad perlegendum, & dextrè intelligendum quemlibet repurgatum articulum: adeo ut nil reliquum habeat, de quo imposterum conqueratur, secus ac à multis hactenus factum experti sumus.

Tertium occupatur in Explicatione Thes: Orthodoxæ.

Tertium *Methodi caput est* Explicatio Theseos *Orthodoxæ circa quemlibet locum: idq; per certa Membra ad præscriptum præceptorum Logicorum quoad eius fieri poterat. Non enim existimandum est, Logicæ usum solummodò in rebus profanis terminari; nullatenus verò ad sacras pertingere: cum termini Logici ita sint comparati, ut rebus insuper sacris subservire possint: modò sobrié, ac dextrè adhibeantur; nec officium suum famulatorium, ac organicum excedant; multò minus res sacras in angustias rerum aliarum creatarum redigere attentent: ex harumq; conditione, illarum indolem æstiment. Hac quippè ratione usus terminorum Logicorum degeneraret in abusum; nec amplius in officio suo organico, eoq; sibi competenti subsisteret.*

Cate-

Logica dupliciter rebus Mysticis famulatur.
1. θεματικῶς,
2. συλλογιστικῶς.

Cæterum dupliciter *usus Logicæ rebus sacris inservit.*

Primò θεματικῶς *juxta terminos simplices res sacras explicando, & considerando: Deinde* συλλογιστικῶς *adhibito discursu, ac artificio Syllogistico eadem probando, ac confirmando; falsa verò refutando. Vterq; in Commentario nostro adhibitus deprehenditur:* Ille *quidem primariò, ac ex professò in* 17. Disputationibus; hic *verò in* Ultima *XIIX, uti quilibet animadvertit.*

Evolutio significatuum necessaria.

Quoad priorem: *vicißim eum membratim expedivimus:* Primum *Membrum in ordine* positum *fuit pertinens ad definitionem Nominalem, adeoq; expendens termini Theologici tùm* nomenclationem; *tùm* distinctionem; *tum deniq; interdum congeriem* Synonymorum; *ubi necesßitas suadebat, ex præcepto Philosophi:* πρὸς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, δεῖ πρῶτον ἐξετάζειν τὰ ὀνόματα: ad benè docendum, oportet prius excutere vocabul. *1. Poster. 1. 1. Siquidem vocabula sunt* ὄργανα διδασκαλικὰ, καὶ διακριτικὰ δηλώματα, καὶ μιμήματα πραγμάτων, *instrumenta docentia*

tia, dijudicantia, ac manifestantia, exprimentiaq́; res, ex sententia Platonis in Cratylo: *Id verò quia de voce multum significante accipi nequit; rectè* ὁμωνυμία *terminorum circa quamvis Exegesin Loci fuit discussa: quia* πᾶν πολλαχῶς λεγόμενον ἀσαφὲς lib. I. d. Cœl: c. 11. t. 110. lib. 6. Top. c. 2. §. 3. *h.e. omne multum significans obscurum: &* τὸ μὴ ἓν σημαίνειν, οὐδὲν σημαίνειν ἐστι: lib. 3. Metaphys. c. 4. h. e. *non significare unum quid, ac certum, est nihil significare. Imò si alicubi, certè in rebus sacris locum habet illud* πολυθρύλλητον: Errorum genetrix est Æquivocatio semper: *id quod testantur certamina inter nos, & hæreticos, partim* Pontificios *circa Locum de* Lege DEI; *de* Libero Arbitrio; *de* Scriptura S. *de* Iustificatione; *&c. partim* Calvinianos *de* Sacramento *Cœnæ*; Exorcismo *&c.* partim *alios Fanaticos de Scripturâ S*, Photinianos *insuper de* DEitate *Christi*; *de* Spiritu *S. quorum omnes à Militari via homonymiâ vocum non probè excussâ seducti longè aberrarunt, & adhuc aberrant.*

Proin

Proindè veritatis amantibus pensi habendum fuerit praeceptum I. de Coelo c. 10. *nempè* τὸ ποσαχῶς λεγόμενον *esse probè excutiendum* ἵνα μᾶλλον ἡμῖν σαφὲς γένηται τὸ ζητούμενον: *homonymum esse evolvendum, ut eò melius in notitiam quaesiti penetrare queamus.*

Secundum *Membrum Exegeseos à nobis assignatum est* Definitioni reali: *In quo quidem Membro ritè ac dextrè expediendo, quantum operae impenderim nolo odiosè pluribus commemorare, secutus hac in parte praeceptum* Platonis *in* Cratylo, *injungens, plurimam locari operam debere in constituendis rectè principiis materiae tractandae:* Δεῖ, *inquit*, περὶ τῆς ἀρχῆς παντὸς πράγματος παντὶ ἀνδρὶ, τὸν πολὺν λόγον εἶναι, καὶ τὴν πολλὴν σκέψιν, εἴτ' ὀρθῶς εἴτε μὴ ὑπόκειται, ἐκείνης δὲ ἐξετασθήσης, ἱκανῶς τὰ λοιπὰ φαίνεται ἐκείνῃ ἑπόμενα.

In assignandis rite Definitionibus laborandum

Recta verò ac genuina rei definitio, est principium materiae tractandae cujusvis, siquidem μεγάλην ἔχει ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα, *h. e. magnum habet momentum ad sequentia, intellige eò dexterius & facilius intelligenda.* lib. I. Ethic. c. 7.

circa

irca finem. Id quod quidem de Finis definitione Philosophus intelligit principalitèr in disciplinis Practicis: (sicuti alicubi de definitione subjecti in disciplinis Theoreticis) nil tamen obstat, quin ad particularem insuper cujusvis loci sacri materiam applicari optimè possit. Cæterum prout res sunt; ita definiri postulant; definiri autem si debent; utiq; cognoscantur prius oportet. Hinc mirum nemini esse debet; cur in Theologiâ definitiones accuratæ rarissimæ occurant in libellis præsertim Methodicis: quia nimirùm res sacræ superant captum, judicium, rationemq; nostram: ideoq; non nisi à posteriori cognoscuntur h. e. mediante patefactione divinâ: Proindè etiam non nisi à posteriori definiri poterunt; adeoq; sicuti cognitio nostra est imperfecta: ita quoq; imperfectè res sacras definire possumus: est quippè ὁρισμὸς τῆς ὀσίας γνωρισμὸς 2. Poster. c. 3. §. 7. Definitio est Essentiæ declaratio. Vbi tamen pro diversitate rerum mysticarum, definitionum quoq; certi gradus assignari possunt: ita ut quædam ad perfectiorem definitionis

gra-

gradum propè accedant; quædam ab eo recedant, quædam prorsus sub nullum gradum definitionis revocari queant. Sic ad tertium genus rerum mysticarum pertinet DEUS ter opt. Maximus in Essentiâ unus; in personis Trinus: is enim vix describi, nullatenus verò definiri potest: Quò pertinent etiam attributa divina. Ad secundum genus referuntur in Theologia occurentia plurima Individua, quæ etiam perfectæ definitionis capacia non sunt; Huc etiam spectant privationes v. q. articulus de peccato Originali, & actualibus &c. de corruptione Virium Humanarum, de Morte temporali & æternâ, de Damnatione æternâ &c. Insuper ad primum genus referri possunt Media salutis divinitus ordinata, ut sunt Verbum DEI & Sacramenta; partim opera DEI ad extra v. g. providentia (tum generalis, quam specialis, adeoq; præsentia gratiosæ) vocatio hominum ad regnum Gratiæ; reconciliatio, redemptio per Christum, Fidei salvificæ donatio, Conversio, justificatio hominis peccatoris; sanctificatio; & post hanc vitam glori-

lorificatio: *Quæ & id genus alia ad erfectiorem aliquantò accedunt definiionem; ac proinde de eruendis circa ingulorum, pro uti quidem in nostro ocurrebant libello pertractationem causis, mediocri diligentiâ solicitus fui: adeoq; in id sedulò incubui: ut Theologiæ studiosi certam & expeditam haberent cujuslibet articuli in hoc libello xplicati definitionem: quo fine subjeta est pro uberiori explicatione brevis Definitionis cujuslibet Analysis: idq; co ine, ut suo tempore ad certamina decensuri principium demonstrationis ontra Adversarios haberent immoum, ac firmissimum. Tantum namq; n definitione rei uti profanæ, ita sacræ tum est momenti, ut ea non probè & extrè constitutâ; error millecuples er orem protrudat, & excipiat juxta ilud* Philosophi *monitum: Error mo icus in principio fit in progressu decies illies major* lib. I. d. Cælo cap. 5. ὶ μικρὸν παραβῆναι τῆς ἀληθείας ἀφισαένοις γίνεται πόῤῥω μυριοπλάσιον, *Vel, ut* Ludovicus Vives *loquitur* in explaat esset: Error quālibet in definien-

do exiguus; brevi fit ingens: quippe procedente ſcrutatione ab disſertatione res amplificatur: quod ſi rite ſit ab exordio definitum; omnia certiora exiſtunt, & multò faciliima, *Id quod teſtantur ſat abunde* Pontificiorum Diſputationes *de* ſacrificio Miſſæ; de juſtificatione *noſtri coram DEO: ubi ex minus probè aſſignatâ definitione à principio; plurimi, ac infiniti errores erroribus accumulantur in progreſſu: Quâ de re conqueritur* Apologia Aug. Confeſs: *quoties* Calviniani *diſputant de* Sacramentali manducatione; *in infinitos prolabuntur errores in progreſſu non aſſignata ab initio legitimâ definitione: quâ de re conqueritur. B. Lutherus paſſim, præſertim Tom. III. &c. V. Ienenſ. Quia verò non cujusvis est genuinam, & dextram formare definitionem, uti teſtatur Philoſophus* lib. I. Ethic. c. 1. τὸ διορίζειν οὐκ ἐστι τῶν πολλῶν *conſultius fecerint ſtudioſi Theologiæ ſi aſſignatas probé apprehenderent definitiones in volumine præſenti donec DEO volente, integrum* Syſtema Locorum

orum Theologicorum *quale nobis* *ub manu est lucem publicam aspexerit;* *d quod etiam brevi juvante Domino,* *uturum polliceor.*

Tertium *Exegeseos membrum est* *nvestigationi* causarum *aßignatum.* *Quia verò partim institutum hoc in-* *ervit explicationi Definitionis; uti mo* *ò indicatum; partim etiam in quorun-* *dam articulorum explicatione deficit:* *pluribus hac de re non juvat verba fa-* *cere.*

Quartum *membrum expediendis* *affectionibus generalibus cujusvis ar-* *ticuli repurgati est destinatum. Vti* *enimq; quælibet disciplina habet* οἰκείας ἀρχὰς; οἰκεῖα λήμματα 2. Topic. c. 1. & Sophistic. Elench. c. 2. *quas* Galenus ἀρχὰς ἑκάστου μαθήματος *vocat; ita quo-* *que Theologiæ capita non contenta esse* *volunt vel* solâ definitione; *vel caus-* *arum* explanatione; *sed exigunt sibi* *assignari peculiaria* λήμματα; *nil cum* *aliquis disciplinis commune habentia;* *quæ in morem aliorum rationem propo-* *sitionum necessariarum, & infallibili-* *um; adeoq; principiorum probandi ne-*

Axiomaticæ considerationis usus ingens in Theologiâ.


cessario res sacras sustineant; sicq; an-
mum nostrum reddant probè instru-
ctum, ac munitum ad extruendas A-
podixes suo tempore.

Caeterùm, uti alias, ita & heîc du-
plicis generis ἀξιώματα occurrunt.
Primum Generalia; de quibus in expli-
cationis membro Tertio circa quem-
bet locum ut plurimum egimus: De-
de specialia; qualia tum in reliqu-
tum singulis causarum membris in t-
ctatione subjecta, sic efflagitante, & s-
dente interdum indole, & condition-
cujuslibet materiae sacrae.

Tria Axiomatum κριτήρια.

Porrò in singulis ejusmodi λήμμ-
vel ἀξιώμασι confirmandis; tria, n-
mae vel tanquam Cynosurae loco obs-
vavi: 1. τὴν ἀλήθειαν veritatem; 2. χ-
σότητα utilitatem; & 3. ἀκολουθίαν
consecutionem, juxta praeceptum Ga-
ni de Optimâ sect: Medic: ad Th-
sybul: ubi verba sic habent: πᾶν θεώ-
μα, πρῶτον ἀληθὲς εἶναι δεῖ εἶτα χρήσιμ-
εἶτα ἀκόλουθον ταῖς ὑποτεθείσαις ἀρχαῖ-

Ἀλήθειαν quidem sive veritat-
pensi habui: quoties quodlibet axio-
Theologicum suo loco, vel totidem p-
la-



bis & verbis ex textu sacro erutum
firmavi; vel per bonam consequenti-
am inde deduxi; vel insuper ex usu Ec-
clesiæ transsumsi. Omnia igitur Theo-
remata vel Axiomata tam specialia;
quam generalia in nostris explicationi-
bus sunt ἀληθῆ vel vera: quia funda-
mentum sui agnoscunt omni exceptione
majus, ac verius: ipsam nimirum au-
thoritatem divinam primariò; magnum
Ecclesiæ consensum secundario.

Χρηστότητα porrò vel utilitatem re-
spexi summo studio cavens; ne princi-
pia illa, sive axiomata sint vel otiosa;
vel nova aut peregrina; secus ac livi-
dus nasutusq; quidam sibi imaginatur,
sed omninò οἰκεῖα, ἴδια, adeoq; veluti se-
cunda Naturæ momenta resultantia,
instar affectionum propriarum.

Ἀκολουθίαν insuper observavi; ita
ut in conformatione Theorematum or-
dine unum exceptum sit ab altero; præ-
sertim in tractatione speciali cujusvis
membri Exegeseos: in generali autem
membro observatio ordinis exquisita
non adeò visa fuit necessaria; licet quo

ad ejus fieri poterat à nobis neglecta prorsus non sit.

QUARTUM Methodi caput continet enumerationem Antitheseos veterum Hæresium: idq; eo fine, ut discamus faciem Ecclesiæ militantis hunc in modum esse comparatam, quod semper habuerit, cum quo certaret, & adhuc certet: & quibusnam certaminibus conflictari necessum ipsi fuerit. Deinde ut inde Stygii Draconis indolem agnoscamus; qui inde ab initio patefactæ salutares doctrinæ insidias perpetuò eidem struxit. ac per emissarios vel satellites suos eam supprimere, quantum in se erat, sategit: Tertio ut insuper hinc magni æstimare discamus divinam, eamque paternam erga Ecclesiam, curam ac providentiam; quâ Veritatem salutiferam toties à Diabolo, & hæreticis impetitam, & impugnatam, ab insultu pravitatis vindicare, sartam tectamq; usque ad nostrum seculum propagare voluit. Quartò deniq; ut quoties in hodiernas hæreses incidimus; morari earum protervià, aut importunitate nos haud patiamur; multo minus ceu rem insolitam

Quartum caput proponit Antithesin vetustiorũ Hæres:

mir-

[...]iremur, in memoriam nobis revocan[...]s: hodiernos hæreticos plerumq; cum [a]ntiquis idem fermè per omnia sentire, [v]ixq; aliquam hodie Hæresin excitatam [E]cclesiam turbare; Cujus auctores non [e]xstitissent Antiqui hæresiarchæ; vel cu[j]us ad minimum semina in illis antiqui[t]us non latitassent.

Quintum recenset Anti-thes. recentior.

QVINTVM, & Postremum Me[t]hodi caput enumerat Antithesin Re[c]entiorum Hæresium: idq; ex præce[p]to Apostolico: ut non tantum veram [s]ententiam asseramus, & defendamus; [v]erum etiam falsam taxemus, & re[d]arguamus Tit. I. v 9. omnium verò [m]aximè ejusmodi Hæreticorum, qui [h]odie nostras Ecclesias perturbant & la[c]erant. Tales verò sunt Pontificii; Calviniani; photiniani; Fanatici, [u]t pote Schvvenkfeldiani, Enthusiastæ, VVeigeliani exq; Scholâ eorum [p]rodeuntes passim in Germaniâ & no[s]trâ viciniâ.

Colophonis loco, & hoc minimè prætereundum, sed commemorandum fuerit, concernens modum tractationis nostræ inæqualem: pleraq; Disputatio-

nes enim non nisi solam Loci Theologici delineationem sic cinctam exhibent; pleræq; verò plenius articulos pertractant. Cujus quidem instituti ratio unice tribuenda erit injuriæ modernorum temporum: ubi omnia in pejus, ruere ac collabi videntur quâ rem imprimis litterariam in hocce Ducatu: excrescente namq; annonæ caritate, typographica simul omnia carò prostant, & licent: unde factum, ut à plerisq; Respondentibus studio parcendi sumtibus succinctior conscriptio Thesium fuerit expetita; à plerisq; verò copiosior, qui materiæ dignitatem perpendentes, potius sumtu privari, quam debitâ tractatione mysticum, eumq; salutiferum locum truncari piè maluerunt. Atq; hoc responso, scrupum, si quis injectus torquebat lectoris animũ, in totum exemtum esse puto; aliàs lubens sceleta illa carne & succo explere in votis habens, idq; etiam suo tempore DEO volente denuò tentaturus si institutum meum benevolo lectori non displiciturum intellexero.

De

De Tertio.

Quo fine singuli Loci explicati ad disputandum publicitùs sint propositi: Oedipo vel Delio Augure opus non est, præsertim iis, quibus scopus & finis disputationum & velitationum publicitus institui solitarum ab insigni utilitate & necessitate ignotus esse nequit: nil igitur porrò in genere *addendum existimo: In* ſpecie *tamen caussæ institutarum harum velitationum reddi possunt gravissima, & prægnantissimæ* Quatuor.

Prima *Materiæ Majestas & dignitas: exhibentur namq; disputationibus hisce articuli, non profani, aut alii exigui momenti; sed fidei ac confessionis nostræ: Fides autem non vult sub modio latere; sed in mensâ, adeoq; conspicuo loco lucere.*

Deindè, *quia libellus in disputationibus declaratus est portio Symbolicorum nostrorum librorum: ac proinde uti à nemine ignorari contenta in eo capita debent; ita de iis conferendi indulgenda cuivis erat facultas.*

Tertiò, quia Explicatio singulorum Locorum Libelli nostri concernit Ecclesiæ bonum publicum, proindè in conspectu ejusdem reddenda fuit ratio de omnibus tùm quæ pro veritatis patrocinio; tùm pro falsitatis detrimento, seu destructione suo loco sunt consignata: ut ita non minori pietatis studio in conspectu DEI, ejusq; Angelorum ventilarentur; ac quidem singula in DEI timore, inter preces, suspiria, varias tentationes, & cribrationes ex verbo Dei depromta, inq; hoc libello digesta sunt. Nil namq; heic temerè, nil ex affectu, nil ex partium studio, nil oscitanter aut remissè veluti aliud quippiam agendo, à me designatum; sed omne & totum ita institutum; ut non nostram; sed DEI ipsius, Ecclesiarumq; nostrarum publicam caussam, ex DEI præscripto, conscientiaq; bonæ dictamine egisse conatus essem: hac insuper fretus πληροφορίᾳ, ut singulorum coram tribunali JESU CHRISTI in magno illo, & censorio die rationem reddere haud subterfugiturus sim: quemadmodum etiam in hac ipsâ doctrinâ usq; ad extremum vitæ hali-

halitum perseverare; nec non, si neces-sitas efflagitarit; sanguine eam meo ob-signare paratus juvante Divinâ gratiâ, constitui.

Quartò quia gratificandum insu-per fuit postulato S. S. Theologiæ studio-sorum tùm collegii hujus membrorum; tùm aliorum extra Collegium præsens: quorum singuli, & universi velitatio-nes publicas Locorum explicatorum ex-poscebant: quî igitur committere potui, quin votis piis eorum satisfacerem?

De Quarto.

Sicuti autem bono Ecclesiæ publico prodesse meo conatu poßibili unicè stu-dui, regnumq; Christi ædificando, & plantando, Diaboli destruere in votis habui; ita à plurimis cordatis, Eccle-siæq; salutem quærentibus, optimi com-matis Viris gratiarum actionem debi-tam reportavi, & adhuc prolixiorem expecto à multis: Neq; ullatenus Sata-nam moror, quem vice gratiarum a-ctionis (qualem ab eo non expeto; nec opto,) potius furore suo per quosdam emissa-

Emissarii Satanæ.

emissarios suos, mihi ægrè facere velle interea temporis experior. Nunc enim per Lucifugam Primæ disputationis nonnulla agendæ Ecclesiasticæ obsoletæ A. 1558. Elenchtica arrodit; nunc per Fanaticos in viciniâ carpit, & lancinat partim quæ de Scripturâ S. & aliis articulis consignavi. Ac Lucifugæ quidem partim in disputatione Ultimâ; partim in dissertationis parte Generali satisfactum esse confido: partim etiam residua discutienda suo tempori, & loco reservo.

1. Lucifuga Sacramentarius.

Fanaticos quid attinet; duo ex modernis Disputationes meas arroserunt; Unus eorum Dantiscanus nempe M. Rathmannus: is enim arrosit Disputationem secundam de Scripturâ S. sed non nisi arrosit, inquam, unum atq; alterum Verbum inde decerpendo; inq; angustias Contradictionis torquendo, ut appareret insignis inter me, & Dn. D. Behmum collegam meum honorandum dissonantia. Sed quàm evanido ac irrito successu, demonstravit commemoratus Dn. D. Behmius in suâ

2. Fanaticus Dantiscanus.

contra

contra Rathmannum *Apologiâ, brevi in lucem proditurâ: nil itaq; pluribus actum præsertim agere juvat.*

3. Fanaticus Caunensis.

Alter *verò* Caunensis *qui sibi præter omne meritum* Licentiati *titulum, (quem in quonam angulo, forsan Lithvanico & quando adeptus, incertum est) arrogat: is veluti apprimè sibi dictum illud:*

Aude aliquid brevibus Gyaris,
(& carcere dignum,
Si vis esse aliquid &c.

præscriptumq; esse existimans, vel vi aliquid audere, adeoq; violenter inclarescere satagens; livorem suum in Disputationem *meam* secundam *convertit, eamq; in patrocinium Fanatici* Dantiscani *ex suggestione Spiritus* Schvvenkfeldiani; *pro impiâ, Idololatricâ, Hæreticâ, & portentosâ proclamare, non erubuit: loco verò salubrium dogmatum plurima* Schvvenkfeldiana, *qualia quidem in Disputatione IX. sub calcem recensuimus, incrustare non dubitavit. Toties verò totiesq; ab Amplissima Facultate nostrâ, quò & aliis pare-*

parceret, & sobrius de Efficacia *Verbi DEI sentire disceret, admonitus; tantum abest, quin nuncium errori miserit; sed magis magisq́ eundem novis suis chartis, ac explicationibus ampliare* Rathmanni *insuper scripta praecedentia reliqua de* Efficacia *Verbi Dei edita, excusare proq́ Orthodoxis judicare etiamnum non vereatur unico excepto* von der Kirchen Vätter beständiger Lehr *anno currenti 1625. edito. Vnde infallibiliter quilibet colligere poterit :* Caunensem *unà cum* Danti-scano *in eodem haerere praedicamento, vel potius luto* Schvvenkfeldianismi *&* Fanatismi : *eodem igitur titulo, eodem honore dignum. Et si nil reprehensione dignum in scriptis priorib.* Rathmanni *reperire potuit Adversarius ac praesertim* im Bedencken *contra Dn.* Dietericum *uti fatetur in scripto, huc transmisso : non poterit etiam reprehendere appendicem tractatui commemorato adnexam : in quâ Verbum DEI dividitur in* Externum, *&* Internum, Externum *statuitur esse Verbum DEI* impropriè *ac vox in aëre periens, &*

V. p. 522.

eva-

evanescens, nuda & mortua littera *ac prorsus nullius Efficaciæ*, *sensu per omnia* Schvvenkfeldiano: *Internum verò dicitur esse ipse* Filius *Dei*, *per quem omnia facta*, *creataq; sunt*: *cui etiam omnis Efficacia tribuitur*.

Hunc sanè errorem adeò crassum, *mirum est à tam nasuto Aristarcho ob servatum non fuisse! quis verò jam mirabitur*, *quod Adversarius pro imbecillitate judicii sui paulò subtiliores alios non animadverterit hactenus*, *iis potius applausum suum dando*, *aliorumq; Virorum bonorum labores quos ipse non intelligit*, *mero livore flagellando?*

Allatravit etiam Disputationes alias nostras: *utpotè IX. De* Libero Arbitrio; *XII. de* Sacramentis *in genere*, *& XIII de* Baptismo, *in patrocinium Baptismi à Pagano*, *& Diabolo legitime* (*si ita casus ferat*) *administrati*: *quâ verò in parte ingenium pertinax et ad profanitatem nimium proclive prodidit*, *uti suo tempore*, *juvante Domino*, *monebitur*.

Quia itaq; tùm pro modò commemora


moratis; tum pro secundâ Disputationibus peculiares Vindiciæ adornandæ erunt: universum Apologiæ momentum, eo usq; ex professo differtur; heîc verò tandem vela dissertationis contraho.

Sicq; juvante Domino deductâ ad portum optatum Cymbulâ, DEO ex imis cordis penetralibus grates debitas persolvo, quod non tantum instituti suscepti auspicium, & progressum secundare; verùm etiam finem, insuper hac imprimis periculosâ tempestate propositum, attingere nos hactenus dignatus sit: eundem porrò supplices ardentibus votis veneramur, ut Ecclesiolam suam hocce in Ducatu satis misere afflictam, contra omnes hostium tum spiritualium; quàm Mundanorum insultus clementer protegere, Verbum suum, ceu genuinum animarum pabulum & pharmacum, unà cum Corpore nostro Prutenico; in gremio ipsius ab assumentis humanis; & corruptelis Hæreticorum sartum tectumq; benignè conservare, & asserere; nec non ad seram, instante nunc restauratæ religionis nostræ

sculo, *si quâ futura est, posteritatem, propagare, pro paternâ suâ bonitate, & misericordiâ dignetur! idq́ propter CHRistum filium suum dilectum, nostrumq́* μεσίτην καὶ ἱκέτην; *cui cum Patre, & Spiritu S. sit laus, honos & gloria in secula nunquam finienda! Amen!*

Tuo interea, Lector benevole, candori hactenus in medium allata committens te optimè valere, & salvere exscupio. Scribebam & finiebam Labiaviæ *apud* Generosum Dn. Capitaneum, Johannem à Wallenrodt / *vitæ virtutis, & sinceræ pietatis Virum; ipso pestis grassantis tempore* 19. Novembris

A. 1625.



Sequitur Appendicis loco,

Programma Academicum, Institutum Collegii Doctr: Corpor: Pruten: denuncians,

Coelestinus Mislenta, S. S. Theologiæ D. eiusdem & Hebr: Lingv: Profess: in Academ: Regiom: Publicus S. S. Theologiæ Studiosis S. P.

Qvemadmodum in militiâ mundanâ, usu laudabili receptum est, ut phalanges sub certo vexillo militantes, peculiaribus gaudeant Symbolis; quibus etiam à clandestino partim; partim ab aperto, insidias struen-

ruente hoste, tûm discerni, tûm eô
ertiùs sibi cavere queant: Ita in
ilitiâ mysticâ, capitis nostri unici
Esu Christi, sub vexillo Leonis de
ribu Judâ, genuina militantia
nembra certis gaudent fidei Sym-
olis, quibus tùm à clanculariis;
ùm ab apertis fidei hostibus segre-
entur, ab eorumq; insidiis immu-
ies reddantur. Quæ quidem pra-
is in Ecclesiâ militante, statim i-
sorum Apostolorum tempore ob-
ervari cœpit: Hi namq; priusquam
n diversas orbis abirent partes; ad
onservandam doctrinæ Christianæ
uritatem, adq; evitandos errores,
k reprimendas hæreses; certum fi-
lei Symbolum sigillatim edide-
unt; in tres articulos digesserunt,
dq; Ecclesiæ reliquerunt, quod et-
amnum Symbolum Apostolicum
uncupatur: quippe quod auctores
psos Apostolos agnoscat: utut mul-
i id in dubium vocent, vel ortho-
loxi: affirmativam tamen tuentur
ntiquissimi Ecclesiæ Doctores. Qua
le re videri poterit *Clem: lib. 1. Epi-*

ſtol; Ambroſ: ſerm: 38; Auguſtin: Serm
de Tempore 181; Ruffin: in Expoſit
Symboli Iohan: Caſsian: in opere (u
contra Pelagian: & Neſtorian: lib. d
incarnat: verbi cap. 3. Iſidorus Hiſpa
lib. 2. de officio cap. 23. Leo ſerm: 11. d
paſsion: Domini: Raban: de Inſtitu
Clericor: & alii. Duravit eadem pr
xis ſubſequentibus temporibus, fa
ciem Eccleſiæ infandum deturpan
tibus *Arianis, Macedonianis, Neſtor*
anis, Eutychianis, & id genus aliis O
thodoxæ religionis monſtroſis pro
pudiis: Hac enim occaſione edit
videmus Symbola illa Oecumenic
videlicet: *Nicenum, Athanaſianum*
&c. Quin & ante ſeculum, & quo
excurrit, ſub auſpicium reformati
onis Evangelicæ, ab orthodoxi
confeſſoribus in Eccleſiæ proſceni
introducta eſt; qui divortium â *Pon*
tificiis, Calvinianis, & aliis hæretici
ineuntes; Auguſtum genuinæ fide
Symbolum, coram Magnatibus edi
dêre idq; ceu teſſeram certam ab o
mnibus ſinceris Lutheranis unani
mi conſenſu recipiendum voluêre

Ibi verò clancularii purioris reli-
ionis hostes, dolosè sub nonnullis
ujus Symboli vocibus, Hyenarum
n morem, Ecclesiæ Orthodoxæ, ac
ησιῶς Lutheranæ insidias struere,
amq; improvido jugulare attenta-
arunt; de alio Ecclesiarum Symbo-
o, quo PseudoLutherani è latibulis
rotraherentur; soliciti fuêre Or-
hodoxæ religionis parastatæ, &
romachi: cui titulum FORMVLÆ
CONCORDIÆ imposuerunt; idq; o-
nnibus sinceram religionem am
lectentibus, ceu preciosissimum,
c θεόσδοτον depositum commenda-
unt. Erat etiam quondam tempus
ninûs auspicatum, quo Ecclesia in
hacce Borussiâ nostrâ, ab *Osiandrista-
rum*, *INTERIMISTARVM*, *Antino-
morum*, *Sacramentariũ*, aliorumq; ju
ratorum purioris religionis hosti-
um impetu, ac turbine quatiebatur:
effecit autem *ILLVSTRISSIMI ac
Celsissimi* quondam *Principis ac Domi-
ni. Dn. ALBERTI Senioris Marchio-
nis Brandeb: ac Prussiæ Ducis Inclut:*
fundatoris hujus almæ Bregelanæ,

ff 3 pien-

pientissimæ recordationis, pius Zelus, ac nunquam satis laudatum Orthodoxæ religionis patrocinium; quo veritatis divinitûs nobis concreditæ donum, pristino nitori restitueretur; eo fine articulis quibusdam fidei, ab erroribus repurgatis, inque peculiare systema, adhibitâ duorum illorum fidei verê Lutheranæ incomparabilium Theologorum *D. Morlini*, & *Martini Chemnicii* p. m. operâ redactis; quod jam cognomonto CORPORIS PRVTENICI circumfertur. Ejusmodi, DEI beneficio, concredita Ecclesiæ Symbola, uti cuivis genuino Christiano apprimè commendata esse debent: ita â sacris Theologiæ initiatis, suoque tempore ad functiones Ecclesiasticas adspirantibus, Cuivis auro, & obrizo præferenda sunt: Utpote, quibus summa totius Christianismi tùm θετικῶς, tum ἀντιθετικῶς breviter comprehensa, ceu in fulgidissimo speculo cernitur. Atque hoc mecum cordatè expendentes nonnulli Philosophiæ *Magistri*, & cæteri S. S, Theolo-

olo-

ogiæ Studiosi; disputando tùm Augustanæ CONFESSIONIS; tùm FORMVLÆ CONCORDIÆ articulos; more Academico in duobus Collegiis ventilarunt: exposcunt porro iidem meam operam ut TERTIVM hac æstate Collegium idque Symbolicum pro articulis in CORPORE PRVTENICO comprehensis, ventilandis, aperiam. Id quod etiam operæ, ipsis gratificaturus haud gravatim, futuro meo præsidio telam instituti *XVIII. disputationibus* pertexturus, DEO juvante condixi: pensi imprimis habitâ Magistratus nostri summi p. m. sanctione, quâ in præfatione CORPORIS PRVTENICI, nullum vel ad honores; vel ad functionem *Ecclesiasticam, & Scholasticam, vel Politicam*, admittendum esse piè judicavit; nisi CORPORI PRVTENICO, citra contradiction: subscripserit: Verba formalia ita habent: *Volumus itaque, ut in hoc nostro Ducatu, perpetuis temporibus, quod ad doctrinam attinet, in prælectionibus, Concionibus, & aliàs conformiter &*

constanter ita servetur, sicut in præfato Corpore doctrinæ, & in scripto illo cujus jam mentio facta est, (intelligitur autem Libellus noster seu Repetitio Corporis Doctrinæ) *traditur & præscribitur. Nemo quicunque sit, ad officium seu ministerium aliquod in Ecclesiis, Scholis, aut alias assumatur, aut tolerètur, nisi commemorata illa Scripta approbarit, receperit, & in illis perseverarit, nec vel verbo vel facto, se illis opposuerit. Ac mandamus vobis omnib. fidelibus nostris subditis omnium ordinum, ut hisce omnibus; præcipuè vero supra commemorato scripto, quod unanimi consensu approbatum & Corpori doctrinæ adjunctum est, debitâ reverentia sine contradictione pareatis.* Huc usque Verba præfationis. Vestrarum erit partium, sacrarum litterarum Studiosi, benignissimam DEI ter Opt: Max: eamque Paternam in Ecclesiæ hisce Balticis in oris congregatæ; conservatione, & propagatione curam, grato animo agnoscere, eamque ex publicâ professione & præconio fidei γνησίως Lutheranæ, ab inqui-

quinamentis *Pontificiorum*, *Sacramentariorum*, *aliorumq́; fanaticorum* repurgatę, & adhuc illibatæ, beneficii adinstar preciosissimi, deprædicare; & quotquot cum emolumento vestro defungi volueritis imposterũ officio, occasionem optatam arripere; nec non sacro sanctis hisce colloquiis, cum devotione, & industriâ interesse.

Auditoribus etiam meis significo, me tribus vel quatuor ad summum lectionibus, ea quæ de JUDICE, & NORMA CONTROVERSIARUM restant, expediturum, Augustamq́; & difficilem illam quæstionem propter hodierna certamina, de *Efficacia Scripturæ S.* circa requisitum fundamenti fidei *Decimum* propositurum esse: Ubi non solum â φλυαρίοις *Iesuitæ Huntlæi*, προσκείμενον Fundamenti fidei Decimum ab efficacia desumtum, Scripturæ sacræ competere ἀπολύτως negantis; assertio Orthodoxa solidè vindicabitur; verùm etiam perquàm plurimæ Quæstiones, quarum usus per ar-

ticulos alios, utpote de PRÆDESTINATIONE, de LIBERO ARBITRIO, de CONVERSIONE HOMINUM; de MINISTERIO VERBI, &c. longê lateq; vagatur, in honorem DEI, ac multorum ædificationem discutientur. Initium lectionum crastina die σὺν Θεῷ faxo: ad futurum autem ℞ in analysi textus Mosaici pergam. P. P. Domin. Jubilate. Anno 1624.



Deinde quia aliquoties facta fuit mentio, neminem admitti solitum fuisse ad officium imprimis Ecclesiasticum, nisi Corpori Doctrinæ subscripsisset; placuit insuper modum subscriptionis, & Formulam juramenti in gratiam lectoris huc apponere:

Formula Juramenti, &c.

So vor Jahren die Ordinandi im Hertzogthumb Preussen haben ablegen müssen.

ICh N. N. bekenne mit Hertzen vnnd Munde / vnnd sage zu / daß ich nichts anders lehren wolle / dann was in der H. Bibel / in den drey Bewerten Symbolis, Apostolico, Niceno, vnd Athanasiano, in der Augspurgischen Confession

sion vnd Apologia, Schmal-
kaldischen Articulis, Preussi-
schen Corpore Doctrinæ, be-
grieffen / vnd nichts Newes /
oder das wieder diesen Typum
oder Normam Doctrinæ ist /
herfürzubringen / oder von an-
dern herfürbracht annehmen /
lehren oder verteidigen wolle /
vnd mit allem fleiß / den pium
vnd Salutarem consensum Do-
ctrinæ erhalten. Item, das ich
auch wolle fleissig vnd trewlich
allerley Irthumb vnd corru-
ptelen, ohn ansehen der Person
auß dem Grunde Göttliches
Worts / den Schrifften Lu-
theri / vnnd des Preussischen
Corporis Doctrinæ straffen /
vnnd die leute dafür warnen /
mit anzeigung / was dieselbige
lehre / vnd in welchen Büchern.

Son-

Sonderlich aber die jzt schwe-
bende / vnd hochschedliche Irr-
thume / der Iesuiten, Servetia-
ner, Manicheer, Synergisten,
Maioristen , Sacramentirer ,
Calvinisten , Wiedertäuffer
vnd dergleichen / ꝛc.

Item ich sage auch zu / das
ich in meinem gantzen Ambte /
wolle fleissig sein / vnnd keine
Predigt verseumen / den Ca-
techismum fleissig treiben / die
Krancken willig vnd offte be-
suchen / ꝛc. das ich auch mit gu-
ten Exemplen meinen Schäf-
lein wolle vorgehen / vnd mich
für allem Ergernüß hütten /
vnd Sonderlich vor völlerrey /
vnd allen vnzüchtigen worten
vnd wercken / nicht in die krüge
gehen zum zechen / auch in den
Kindelbieren vnd Hochzeiten
nicht

nicht volsauffen / vnd der letzte sein/ ꝛc.

Ich sage auch zu / das ich dem von F. Dht. verordneten Administratorn dieses Sprengels oder jeder zeit Episcopum, wil erkennen / jhme Christlichen gehorsamb leisten/in allem mich seiner Christlichen Iurisdiction vnterwerffen / nichts wieder jhn heimlich / oder offentlich practiciren, vnd in reiner bekentnüß / der Göttlichen warheit helffen GOtt preisen vnnd ehren / vnnd die Kirche GOttes Bawen/So war mir GOtt helffe vnd sein heyliges Evangelion.

Ob abſentiam *auctoris* ſphalmata quæ irrepſerunt eaq; craſſiora emendanda.

Diſſertat: procem: Lit. A. 1. fac. 2. poſt vocem duplicis ſupple generis *A. 2. fac. 2. lin. penult. leg.* commemoratam *B. 1. fac. 1. lin. 9. lege* effoſſum *B. 3. leg* cognomine *lin. 16. c. 3. fac. 1. lin. 4. ſub fin. leg.* jejunii: *ibid lin. 2. leg* Jobus *c. 6. fac. 2. §. ſubdit. leg* indulgentiarias *c. 9. §. Quintus, leg.* Johannis Taul *D. 2. fac. 2 pro A. 1520. leg. 1523. ſequ. E. 1 fac. 2 pro Tauker. l.* Zankero *E. 2 fac. 1. leg.* σφυγγώδει. *E. 9 fac. 1. lin. ultim. leg. non tàm* χειρὶ ᾗ μελεῶ· ἀλλὰ θοπλικῶ *F. 2. fac. 1. pro impetret leg.* impetraret; *item pro valedicit leg.* valediciret. *H. 5. ad marg ſin. leg.* Novum. *H. 6. fac. 2. (§. Atq; hoc &) leg.* non alio ſenſu *H. 9. fac. 2. pro A. 1555. leg. 1566. I. fac. 1. lin. 3. poſt hanc vocem Oſiandris ſupple,* Amiiiſtiam. *ibid. in marg. leg.* adornata *L. 1. fac. 1. §. Sextum leg.* Confeſſio *Aug. L. 4. fac. 2 in med. leg* vibicibus *L. 9. fac. 2. in med. leg.* Hinc *N. 2. fac. 1. § 15. leg.* Hoſpiniani. *O 4 fac. 1. in med. leg.* ediſſerere. *R. 8. fac. 2. poſt med. leg.* verbo *Reg. V. 9. fac. 1. lin. 7.* qui *omitte. Z. 5. fac. 2. §. Tertium lin. 3 pro æſta leg.* eſt. *Aa 4. fac. 2. lin. 7. à fin. leg.* parteis *Aa 2. fac. 2. §. Primo lin. 6. lege* ditiores *omiſſo* ceri. *cc. 2. fac. 2. lin. 1. integram dele.*

Occurrunt præter hæc alia plura ſed benevoli lectoris candori, & induſtriæ committuntur.

Disp. I. II. Dissertatio generalis de Natura et constitutione corporis Prutenici Eurg, principio normali S. Canonico, Sect. S.

III. De DEO uno et trino.

IV. De CHRISTI Persona.

V. De Officio CHRISTI.

VI. De CHRISTI Statibus Exinanitionis et Exaltatio[nis]

VII. De Discrimine Legis et Evangelij

IIX. De Peccato originali.

IX. De L. A. et in specie, de prima hominis Conversione et Legis impletione.

X. De Justificatione hominis coram DEO.

XI. De Bonis Operibus.

XII. De Sacramentis in genere.

XIII. De Baptismo.


XIV. De Coena Domini.

XV. De Ministerio Ecclesiastico.


XVI. De Ministerij Ecclesiastici causa formali et fi[nali]


XVII. - . . Axiomatibus et [ad]junctis.


XIIX. De Quaestionibus in Synodo Regiomontan[a] ao 1567. ventilatis.










Biblioteka Jagiellonska
stdr0012641

